



EPISTOLAE

TRIVM ILLUSTRIVM VI

rorum, ad Hermannum Comitem

Nuenarium.

Eiusdem responsoria una ad Ioannem Reuchli
num, & altera ad Lectorem.

ITEM, LIBELLVS ACCVSA

torius Fratris Iacobi de Hochstraten, contra

Oculare speculum Ioannis Reuchlin.

DIFFAMATIONES EIVSDEM

Iacobi.

ITEM, DEFENSIO NOVA IO

annis Reuchlin ex urbe Roma allata,

idq; paucis ab hinc diebus.

atis diti
aul^o apo
aceruas.
fferre in
a. In sūe
multas
n & tibi
Nullus
n sapiat
impru
penates
te, silen
rtamen
e coepe
ti sum^o
re calu
uos des
tib^o, ve
ideris.



GENEROSO ET VERE NOBILI VI-

ro, Domino Hermanno Comiti de Nuenar, Ca-
nonico Coloniensi, Ioannes Reuch-

lin. L. L. doctor. S. D.

Terum rabidus canis uenenum suum euomit, ge-
nerose Comes, iterum draco ille formatus ad illu-
dendum nobis, tartareas flammis efflauit, & Cer-
berus sua guttura pandit. De quo multis annis in
publica defensione mea uaticinatus sum, quod non ante sile-
bit, & non ante datur requiem cum pace subire, Aurico-
mos quod quum decerpserit arbore foetus. Aureus ille ramus
offerendus Cerbero est, Aurum Iudaicum, quod per in-
urias extorquere praesumpserat, e manibus suis erepsit,
euasit, effugit. Nemo suis & suorum consiliis obse-
quutus est, quod ego consului, amplexantur summa ca-
pita. Hoc est quod illi dolet, hoc in rabiem uertit homi-
nem, si modo est homo, ac non magis monstrum homi-
nis, cui satis non fuit aduersum nos plus centies esse men-
titum, etiam millies oportuit. Quin haud sidera sunt mun-
da in conspectu eius, omnia foedat, debacchatur in om-
nes bonos, quicumque sua non laudant, aut qui non eius se-
quuntur uicia. Et ut omnia binis uerbis complectar, leui-
tatem & infamiam. Quid enim in re manifesta, tot &
tantis descriptionibus opus fuerat, nisi ut quo notatus est
scelere, alios uehementius insimulet. Nec potuit san-
ctissimus Archiepiscopus ille Nazarenus, omni uirtute
praeditus, & doctrina praecclarus, illius foeda ora effugere,
cuius scripta, hic stello tam aperte calumniae, ut defen-
sore non egeat, fingens, Immo mentiens, se contra ima-
ginarium aliquem Georgium Benignum scribere, fin-
gens item quinimo mentiens a quodam, nescio quo,
quem nec nominat, nec nominare audet, ex Curia Ro-
mana, certiore se factum esse, quod antistes ille obseruan-
dus & colendus, ea neget scripsisse. Sed tanta conscientia
uir est Benignus ille, non pertimescet haec edidisse, quae

VI.
Ca
uit,ge
d illu
e Cer
nis in
re file
urico
ram
er in
epfit,
oble
na ca
homi
homi
men
mun
om
ius se
r,leui
tot &
is est
fan
rtute
gere,
lefen
ima
fin
quo,
Ro
uan
entia
quæ

EPISTOLA HER. CO. AD IO. REV.

palam, et in os, atque in faciem huius calumniatoris non
pertimuit proferre, sed si ob modestiam nunc tacet, ha-
bebit nihilominus ualidos propugnatores, qui quæ in
rem sunt, facturi sint. Quanquã deus bone, quas applica-
bimus uires, ad uincendum tam leuem & mendacem ca-
lumniatorem, nec robustioribus egebit pugilibus, qui
solus sibi metipso satis est, qui non opibus, non inuidiosa
gratia, non potentia vix ferenda regis Gallorum, qua me
Iacob iste supplantator supplantare dicitur. Sed dimica-
bit oris sui proprio gladio Venerabilis & reuerendus ar-
chiepiscopus, pugnabit contra notorie falsarium, contra
profugum ab urbe, contra turpem dilapidatorem rei fa-
miliaris fratrum suorum. Firmiores crede mihi Beni-
gni erunt partes, quem omnes plenum officii, plenum reli-
gionis cognouimus, cuius & Casari perspecta est uirtus,
industria, foelicitas & uita laudata, cui librum hunc su-
um, sub publica fide sigilli sui dicauit. Omnes autem no-
uimus, quis iste Nos Frater, iste inquam, qui seipsum, Nos
Frater appellat atque inscribit, quis a teneris annis fuerit,
quis sit aut qualis, & quis futurus sit. Non ueniet com-
parandus iusto iudicio malignus cum Benigno, non ca-
lumniator leuissimus, cum Christianæ religionis episco-
po, non mendax, immo non mendacissimus, cum ueris-
simo, Nam quid non audet mendaciis suis polluere, iste
ordinis Prædicatorum hæreticorum inquisitor, qui de-
dita opera, uno ore, & una hora, pugnancia & sibi contra-
ria, non sibi uerecundia ducit affirmare? Dicit enim me
librum hæreticum defendere, deinde protestatur me non
esse hæreticum. Si non sum hæreticus, quod ille palam fa-
retur & prestat publice, Coloniensesque Magistri Nostri
sic determinarunt. Certe conflatum mendacium erit, me li-
brum hæreticum defendere. Defendo autem librum. Ocu-
laris speculi, sicut a me compositus extat, quem ille con-
uincere uoluit totos sex annos hæreticum esse, sed gra-
tia Deo nunquam potuit, & nunquam poterit. Quare ab urbe

EPISTOLA IO. REUCH. AD CO.

Roma profugit, conscientia suae metu destitutus, confilio non tantum miseri ingenii, sed & improbi etiam animi, postquam mandatum de supersedendo sordibus imperavit, quod notissimi peritii speciem praeferre videtur, cum sit ex articulis iuramenti calumniae non minimus hic videlicet, ne litem differri procures. Quae si animo cessandi ab accusatione fugitivus abierit, de costa tandem & dilapidata turpiter re familiari fratrum suorum. Tum iure optimo sibi Turpiliani notam metuet, quae perpetuo vitae suae iniusta, proculdubio, nulla omnium hominum, omnium aetatum obliuione delebitur. Quamuis, cum quotoquoque volutari exoptet, ut semper noua praelia incipiens, obliterare vetera possit. Sed quid de hoc hominem monstro tot & tanta verba facio, quo nihil deterius, nihil efferacius, nihil immanius. Idque omnibus palam est, notis & vicinis, atque etiam suis, qui non solum insolentissimus sit, omni humanitate carere, verum & falsissimus & mendaciorum plenissimus, quod Acta publica monstrant, & collatione librorum Ocularis speculi, liquido constabit, si modo integre declaratum, cum declaratione tam latina quam teutonice legatur, non autem, ut iste, Nos Frater, falsando decerpserit, membratim casumque. Legant obsecro ciuiler, quae de hac controversia scripsi, sigillatim singula. Et sit iudex quisquis bonitate ingenii & virtutum probitate pollet. Porro neminem commoueat, quid haec belua diebus ac noctibus perstrepens, maledictis vetera conuitia nouo bello iterat, quae didicit facit, Si carere conuitio velis, lingua excidenda est. Tu vero fortis athleta, pugnabis contra Lernaeam bestiam, pro veritate contra mendacium. Ego veteranus triumphantes vos iuuenes aspicere debeo, & laudare, non triumphare. Quare & te tibi, & me tibi, & Nazaranum illum Benignum tibi tuisque lacertis librandum committo. Vale Stutgardiae. xii. Kalendas. Aprilis. Anno. M. D. XVIII.

Ioannes Reuchlin Phorceus. LL. doctor.

EPIS

Non d
graca
vulgu
pferan
ponin
lis & v
hac se
diciur
storu
fcere t
neme
quibu

D

R

ras. V
ius m
bor il
vt eac
ticip
pene
Plato
ret, e
de ca
venit
inger
dem
simu
mea,

CO. AD IO. REUCH.

Breuis admonitio ad lectorem.

Non debes mirari lector, quod ad Capnionem scribēs; græca quædam interpretatus fuerim, Nam postquā in vulgus exire voluimus, quæ familiariter ad amicū scripseramus, ita visum fuit, & nos potius indoctis ista proponimus, vt aliquando intelligant illufos se hucusq; doctis & versutia Capniozoili. Siquis doctiorū inciderit in hæc scripta, eum p̄ communes literas obsecramus, vt iudicium sibi suum referuet in illos criticos studiosiorū nostrorū, nos causam agimus doctorū virorū, quare ignoscere facilius mihi debebūt, quicunq; de bonis literis benemeriti sunt. Reliquū pecus cū suo pastore valeat, de quibus iudicent omnes qui nasum habent seueriorem.

DOCTISSIMO ET OPTIMO VIRO

Ioanni Reuchlin Phorcensi. LL. doctori,

Hermannus Comes Nuenarius,

S.D.P.

R Este sentis, mi Capnion, de cane Cerbero, sua guttura pandete, cuius infernales latratus, toto orbe personant, & vastis implent mugitibus auras. Verum in primis miraculi loco, occurrit mihi huius metamorphoseos ratio, & profecto verum esse fatebor illud Procli philosophi, qui necessarium putat esse, vt eadem inter se sentiāt, qui eiusdem sunt scientiæ participes. Nam qua ratione fieri poterat, vt adeo in vnum pene argumentum conueniremus, nisi latens, vel, iuxta Platonicos, diuina quædam harmonia animis infideret, eorū præsertim qui se mutuo amant. Hinc est, quod de cane rabiente simile nescio quid, vtriq; in animum venit, immo Hermānus Buschius noster, vir dexterrimi ingenii, mecum in eandem inciderit *ἑαρίαν*. Cui quidem fabellæ epigrammate tetrasticho, ex tempore allusimus, quod ideo libet adscribere, vt tibi Buschii nri, & mea, in trāsformādis istis sycophātis, industria patefcatur.

a iii

EPISTOLA HERMANNI COMITIS

Ibis erat quondam, mox facta est ipsa cuculla,
 Hunc pandit rabidus guttura rauca canis,
 Monstrū terra tulit, Sphynx, Cerberus, Hydra facebant,
 Posteaquam ex Ibi nata cuculla latrat.
 Ridiculum illud, uel (si placet) ineptum, sed quid potest
 proferri satis ridicule, in caniculā oblatrantem aut qd
 sentias ingenio incumbendum, in re tali, quæ præter nu-
 gas & conuitia reliqui habet nihil? Quocirca rectissime
 tu quidem sibillinum consilium, aut si mauius uaticiniū,
 subintulisti, ut clarior hæc fabula fieret. Quod & si non
 nihil absurditatis præ se ferre uideatur, auctoritate tamē
 conuincimur, appetisse illū canem infernalem aurico-
 mas frondes, neq; mirum si Iudæorū aurū iste sitiebat, q
 etiamnum, famam inuadere nō cessat Christianorum,
 nō quod hæctenus per cuniculos (ut aiunt) & uineas ten-
 tare solitus est, uerū nunc etiam arietem atq; machinas
 uiolēter intorquet, a nugis ad cōuitia, more equitis Par-
 thi discurrens. Sed ipsius conatus omnes adeo nihil ha-
 bent firmamenti, ut nemini potius obsint, quam aucto-
 ri. Nihil enim cōmune est uiris bonis, cum tam execrabi-
 li & portentoso foetu, cum dicacissimo sycophanta, cum
 incendiario uetustatis, cum osore bonorum studiorum,
 quem nihil pudet eorū facere, quæ in animum ut cunq;
 inducere collibuit, qui plura dicit mendacia, quam alius
 quisq; comminisci queat, ut ex Hostrato, Astarothus na-
 tus uideatur. De quo recte Samhuel, Auferte (inquit)
 deos alienos de medio uestri, & Astaroth qui mēdax est
 & pater eius, de cuius similibus Acri τῆκα ταγραφῆ re-
 gius Psaltes dicit. Acuerunt linguas suas sicut serpentes,
 uenenum aspidum sub labiis eorum, Sed & magnus ille
 Gregorius Nazianzenus disticho iambico, per opposi-
 tionem uirtutis ad uitium, linguæ petulantis naturam,
 pulcherrime nobis depinxit, inquit,
 Πέθρα Λικασμοῦ ἠλώσα, ἐλύζε σαρμύλη,
 Εἴσεις ὃ Φάυλας ἀκεῖτον θυνῶ σόμα, Hoc est.

Dalco
 Effi
 Ideo ex
 minus
 tas exc
 rimus.
 cabile
 hatur.
 lem lin
 logus u
 derit, ta
 ea tam
 debeat
 CHR
 atissim
 uitia, tu
 & reliq
 Cum p
 uerissim
 & abho
 theolog
 inquam
 to uerit
 pro mu
 Astarot
 O depl
 non ali
 possit, q
 neticos
 doctri
 lipendi
 immo
 arcem
 sus, a de
 us astin

AD IOAN. REVCHLIN

Dulcoris amnes, eloquens lingua scaturit.

Effrene uero os, uerba producit mala.

Ideo ex fructibus, eorum, cognoscendos esse Christus dominus noster admonuit. Valde ergo placet, quod puritas excidendam esse linguam, si conuitiis carere uolumus. Probat et hoc, uulgatum Ouidii illud, immediate uulnus ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Nam quid æque temerarium proferri possit quæ talem linguam, qualé nobis propheta, & sanctus ille Theologus uates, ad fabre descripserunt, quæ tales, fructus ediderit, tam amarulentos, tam acerbos, tam pestilentes, quod ea tamen, sacrosanctæ fidei nostræ patrocinium agere debeat. Et impune iactitare queat, se solius IESV CHRISTI & sacra scripturæ oracula tutari, cum beatissimus Paulus Apostolus, omnem contentionem, contumacia, tumorem, amarulentiam, iram, uociferationem, & reliqua id genus monstra, ex sacro cœtu iubeat arceri. Cum pietas Christiana has idolorum seruitutes, tanquam uerissima plantaria diabolicæ tyrannidis, & detestetur & abhorreat. Est hoc ergo fidei patronum agere? Est theologi, est religiosi personam referre? Siccine ecclesia inquam ruitura sustentatur? Nunquid pro firmamento ueritatis, mendaciorum agger instruendus est? Aut pro munitione Christianæ religionis Baalim, Belial & Astaroth constituentur? O calamitosam fidei sortem. O deplorandum ecclesiæ statum, si hæc illi eueniant, si non alios propugnatores, non alia præsidia consequi possit, quæ eiusce conditionis, male sanos quosdam & phreneticos sycophantas, sophistica non catholica imbutos doctrina. Quorum ἀρχυέτης iste in contumeliã, in uilipendium, in contemptum Rom. Pon. & Ro. Impera. immo catholicæ ecclesiæ, audet suo more affirmare, se arcem molitum quæ mundus infringere nõ possit uniuersus, a deo multa sibi arrogare psumit immodicus sui ipsius estimator. Quasi nunc tantum habitura sit, uel aucto

MITIS

a,
a facessant,
quid potest
ne aut qd
præter nu
rectissime
uaticiniũ,
& si non
itate tamẽ
a aurico
stiebat, q
ianorum,
ineas ten
machinas
uitis Par
nihil ha
n aucto
excecrabi
nta, cum
diorum,
ut cunq
m alius
hus na
inquit)
edax est
qñ re
pentes,
nus ille
pposi
uram,
est.

EPISTOLA HER. CO. AD: IO. REV.

ritatis, uel momenti, debacchantis cuiuspiam, uel potius
 infanientis solphistæ uesania, ut sola plus obtinere debe-
 at, q̄ tot fidei nostræ columina. Quinetiam temerarium
 os in cœlum ponens, apertissimæ calumniæ reos facit,
 Ro. Pon. Cæsarem Maximilianum, ipsosq; iudices am-
 plissimos Cardinales, cōsequendæ iusticiæ spem sibi ha-
 stenus ablatam, non minus false, q̄ pertinaciter conque-
 rens, precibus item pientissimis hoc impetrare non po-
 tuisse, quod suapte iudex quisq; syncerus præstare debe-
 at, præsertim in ea causa, ubi de communi salute, de fide,
 de Christo agatur, multa deniq; id genus occulte subin-
 fert. Et ne nihil nō attentasse uideat, ipsis quoq; Ch ristia-
 næ reipub. capitibus, quandā præscribit regulam, eosq;
 sui officii pariter & cōditionis admonet, id quod in dia-
 tribis ad subsellia, suos pueros Ludimagistri cōsueuerūt.
 Postremo non contentus, subinde sedem apostolicam,
 reuerendissimosq; iudices, uariis cauillationibus ubiq;
 uellicasse. Nouam insuper doctrinam astruere cōtendit,
 absurdā me Hercle, autumans nō optere obedire hoib⁹,
 sūmo uidelicet Pont. & Impatori, quo minus libere loq;
 liceat, p fide. f. & (quod ipsi uideat) pro ueritate, ex sacra
 scriptura quædā oblique contorquens, per quæ utcūq;
 adserere conatur, illud (meo quidem iudicio) erroneū
 dogma. Quasi nihil peccarent illi, qui contra inhibitiō-
 nes, contra censuras & fulmina ecclesiastica, in re quam
 ipsi fidei adscriberent, distis factisq; obniterentur. Taceo
 quod arbitriū earū rerū, quæ circa fidem uersantur, non
 penes quemlibet Fraterculum, sed capita ecclesiæ reposi-
 tum esse debet. Taceo, quod hoc negotium, decreto iu-
 dicum interueniente, nō fidei, sed meri iuris & facti cen-
 sendum sit, alioqui non strepitum forensem, sed aliud
 examen confectaretur. Quæ omnia si tu o Capnion
 protulisses, pro hominem fidem, quos non impetus,
 quæ non tormenta sensisses? non uiueres modo, non
 hunc spiritum spirares. Dicereris, & esses reuera schisma

ticu
 senti
 Ver
 cilio
 quer
 tice
 se pr
 lius
 tante
 sola
 oia i
 mau
 cōfla
 (ut a
 Si pro
 tam
 cōi
 insiste
 scipu
 q̄ san
 suum
 rus C
 omni
 daciur
 suo. S
 liquid
 atur, q̄
 moda
 logos
 tum (c
 dam, n
 am, in
 gavit
 patre
 co. Cyr



EPIS. HERMAN. CO. NVENA.

ticus. Sed huic tuto omnia aguntur, sic agit ut sentit, sic
sentit, ut loquitur. Quid multa? Est gallinæ filius albæ.
Verum quis nõ optimo iure succensere possit, eo super
cilio, ea grauitate, tam sesquipedalia uerba pferri, ut lo
quentem existimes Zenocratem, quæ cū renudata cor
tice introspexeris, garrientem inuenias Thraſonem. Ait
se pro ueritate, pro Deo, pro fide loqui, linguam suam so
lius IESV CHRISTI & sacrae scripturae oracula tu
tantem & personantem. O improbissimã uocem, Quæ
sola non adæquare solum, sed etiam antecellere longe
oia illius cauilla posset, quibus Oculare speculum diffu
mauit. Si enim pro ueritate loquitur, quid opus erat tot
cõflare mēdacia? quorū si singula capita εἰς ἐπιτόμιον
(ut aiunt) redigere uellem, ingens excresceret uolumē.
Si pro soli⁹ IESV CHRISTI honore, linguam illã
tam modesta & sobria uerba resonantem exercet, quid
cõuitiis, maledictis, & uere sophisticis cõtentiõibus, adeo
insistendum iudicauit? Cur non Christi maluit esse di
scipulus, q̄ patronus? & quare religionis potius adfertor,
q̄ sanctorū patrū imitator censeri uoluit? An causidicū
suum Christus patietur, quem nõ nouit discipulum? Ve
rus Christi discipulus. Modestia (inquit) uestra, nota sit
omnibus hominibus, Et alibi. Deponentes (inquit) mē
dadium, loquimini ueritatem unusquisq; cū proximo
suo. Sed iam ex multis, quædam paucula adnotabo, ut
liquido constare tibi possit, qua modestia Christum tue
atur, q̄ uera, q̄ theologo, idq; Fratri (ut appellant) accõ
moda literis publice mandauerit. Scribit me cõtra theo
logos Colonieñ. contra præceptores, & uicinos, grassa
tum (utar enim illius uerbis). Quod ut confictū osten
dam, nõ magni negotii fuerit. Nam ad petitionem me
am, indicto conuentu, id ipsum publico testimonio ne
gauit facultas theologorū Colonieñ. Teste Reuerendo
patre uiro utiq; optimorū laude dignissimo Theodori
co Cyrenesi episcopo, testis erit ipsa epistola mea in qua

O. REV.

m, uel potius
tinere debe
temerarium
reos facit,
iudices am
pem sibi ha
ter conquē
re non po
stare debe
lute, de fide,
culte subin
q; Ch ristia
lam, eosq;
mod in dia
cõsueuerit.
ostolicam,
ibus ubiq;
e cõtendit,
dire hoib;
libere loq;
te, ex sacra
quæ utiq;
) erroneū
inhibitio
n re quam
tur. Taceo
antur, non
fiæ repõsi
decreto iu
facti cen
sed aliud
Capnion
impetus,
odo, non
a schisma

AD IOAN. REVCHLIN

nullius quidem Vniuersitatis nomen proditur, sed tantummodo oppressis nominibus fit mentio quorundam maledicorū, q. se uocabulo theologiæ traduci posse sperant, cum sint sponsi Penelopes, nebulones Alcinoiq. Me item oforem theologorū philosophorūq. appellat.

Sed id quoq. ducentis epistolis, quarū penes me exemplaria delitescunt, falsum coarguere possum, ubi blandissimis & iucundissimis inuitationibus amicitia, & familiaritatis albo recipior, eorū quos ego inter principes philosophiæ ac theologiæ citra inuidiam recensendos putauerim. Nisi fortassis eos theologos dicere uelit, qui tales sint, qualis ipse est. Hos ego non theologos, non philosophos, non uiros graues, sed rabulas potius, homines mente captos, ac dicacissimos nebulones, uocandos palā adfero. Jam uerò qua non præfatione nobis persuadere conatur, te nunquam hæreticū a se fuisse appellatum. Verum adeo mente excidit, uel (ut Nazarenī uerbis utar) adeo eum malitia excæcauit, ut eorū nō meminerit, quæ recens adhuc ab eo commissa fuerunt, edito enim libro suo (quem Apologiam uocat) te passim hæresis nomine lacerat, non ficticiū Capnionem (uti nugat) sed te ipsum designans, nisi huic fantasma uidearis, nō homo. Bilibaldū illū ciuitatis suæ delitias, usq. ad infamiā cōiutis infectatur, sed obmittam alios. Quæ non in me congerit lædoria? quib⁹ nō sordibus conspurcare famā meā conatur? falsarium, periurū, ex obscurorū grege (quod illi hæresis nomen est) apertissime conuincere nitit. Qd̄ autem ad mores attinet, degenerem, præceptoribus ingratum, temerarium, dicacem, aliisq. infinitis contumeliis persecutus. Hæc tamen iure secum cōmittere deueram, nisi quidā eiusdem farinæ homo obstitisset (submissus arbitror). Is longa oratione usus, parum consultum mihi aiebat, cum fratre pugnam conferere. Qui habeat mare magnū, puto diploma aliquod papale, cui ego, Quid si præterea habeat classem pyriticam & dign⁹.

EPISTOLA HERMANNI CO. NVENA.

qui uel submergatur in mare magnum, uel in classem re
legē pyriticam. Hęc & multa etiam ineptiora ex solo
prologo adnotauimus, Quid si totā moueas cloacam?
Num recte igitur Christi causam agit? An potius priua
tam ambitionem, liuorem, dicacitatem, arrogantiam,
cum sanguine Christi, cum sacrosancta religione cōiun
gere præsūmit? An nō illi tam impudens & rotundum
os est, ut uix sit reperire scurrā, aut histrionē, qui adeo
licenter, adeo uerniliter, adeo petulanter, ex scēna uel
theatro pronunciare aufit, ut iste Theologista cucull a
tus ex confessu Romani pontificis & Casaris Augusti,
ante quorum oculos aliquando uersari ista non ignora
mus. Quando tantis principibus hanc suam rabiem, de
dicandam uoluit. Quam si pollinctori uel subulco nun
cupandam censuisset, luculente honori suo consultum
crederem, Tales auscultatores, tale spectaculū mereba
tur, eiusmodi spectatoribus digna erat spurca illa & fa
mosa tragœdia. Proinde coniiicere facile poterat (si qd
adhuc cerebri habet) aures tam delicate enutritas, cuius
libet ex hara producti literatoris naniis oblectari mini
me solere, sciens (ut opinor) nō licere apud omnes oīa,
Nugari apud suos opportunum nonnunq̄, apud prin
cipes uero indecorū semper haberi. Sed quid dico nuga
ri? proscindere passim ac cōiitiis perstringere uiros bo
nos, ne apud carnifices quidem, aut liētores licet. Quan
tō ergo seuerius puniendum existimes, si in eos commit
tatur, quorū uel aestimatio, uel status, aliquem apud prin
cipes uenerationis locum obtineat. Quemadmodum se
nis illi⁹ Nazaranī archiepiscopi, cuius nō tantū Pontifi
ci Max. sed etiam Casari, uirtus explorata est. Bilibaldi
Pyrkeimeri Senatoris reipu. Noriburgeñ. clarissimi, q
etiam Casari a cōsiliis est. Martini quoq; Groningi Can
toris ecclīe Bremeñ, uiri celeberrimi, de te qd op⁹ē mūl
ta dicere sciūt oēs quē locū apd oēs Germaniæ superioris
přicipes aliqñ occupaueris, licet nūc Musis trāq̄lliorib⁹

AD IOAN. REUCHLIN

operam impendere malis. Vos tamē sigillatim omnes,
 pstrato pudore, & pculcata modestia, scurriliter & ine-
 priffime insectatur iste ordinis Prædicatorū (quem vo-
 cas) hæreticorū Inquifitor. Mei enim rationem facien-
 dam non puto, qui illi vifus sum aptus, in quē nafi fui sty-
 lū ludat. Sed q̄ id imparibus copiis attentauerit, q̄ infor-
 lici Marte manū conseruerit, alii iudicent, solum admi-
 ror tantos viros ab eo neglectum iri, quibus cū conten-
 dere vel ipsi Hercūli non satis tutū foret. Habebat suos
 commilitones cōtra quos agere poterat gloriosius, qui
 stupuiffent illos quos tanti facit syllogismos, quibus for-
 des istæ non penitus displicuiffent, quas passim venales
 nunc defert. Sed tentauit sutor aliquid vltra crepidam
 & iuxta illud Lucianicum ὁ νεβρός ἐν λέοντι προεκα-
 uit. Homo temerarius, tantum sophista, omnis sanæ do-
 ctrinæ expers, solum contentiosus, inepte mordax, in pe-
 riculosam tandem impegit Charybdim. Qui dum in ta-
 les viros syllogismorū suorū, obtusas illas & stupidas lā-
 cinat cuspides, Dii boni, q̄ ridiculū nobis spectaculum
 nascitur, vt Horatianum illud crebro occurrat. Specta-
 tum admissi risum teneatis amici? Quid multa dicamē
 tametsi dicenda sint plurima. Sed ego τὴν μετεώρητα
 præfero, hoc tamē dicere cogor interim, nihil posse dici
 tam copiose, vt hanc materiā rite sermo coæquare que-
 at. Adeo Reuerēdus iste audaciæ frena laxauit. Adeo to-
 tā perfricuit frontem, vt in omnes priuatim ordines, sta-
 tusq̄ hominū, malevolentia suæ certa quædā fixerit, ac
 post se reliquerit, vestigia. Omnibus vicatim in symbo-
 lis, in tabernis, in compitis, consperfit illam rabiem suā,
 seuit illud pestilentissimum virus, linguam venenatam
 exercuit, vt fere nulla alia cōfabulatione, vel cōiuiua ce-
 lebrentur, vel conuentiones peragantur, q̄ vnus Capni-
 onis conuitiis, Ibi hæreticus Capnion, homo scelestus,
 cruce & laqueo dignus, circumfertur vndiq̄, ab illa infi-
 ma & rudi plæbecula, ab hominibus videlicet, nulla vir-

tute
 cum
 boni
 accep
 publi
 famia
 di eua
 stolis
 uet ta
 em p
 lipen
 mio s
 re hæ
 iure d
 furis
 En qu
 lum p
 conte
 fratri
 go ziz
 nator
 do Ch
 cucull
 ueren
 procla
 corūq̄
 da fue
 tus, le
 penet
 trauit
 star co
 ubiq̄
 ibi tan
 ta mil
 tire pu



EPIS. HERMANNI- CO. NVE.

tute, aut modestia præditis. Quorū pars in æternum sit cum hypocritis. Ad hæc accedit (quod nemo vir bonus boni consulere potest) vt iam paruam uideatur iniuriā accepisse, quisquis nō coram toto cœtu Christianorū publice ab istis concionatorculis quibusdam, vsq; ad infamiam traducatur. Hæcine est illa norma annuncian- di euangelium pacis, tam a Christo domino nostro apo- stolis tradita, q̄ a sanctis patribus præscripta? Quid mo- uet tantoperes? Quid urget illos, ut in odium & pernici- em proximi Christianum gregem sollicitent? Cur in ui- lipendium contemptumq; sedis apostolicæ, uirtū. se gre- mio sanctæ matris ecclesiæ submittentem, audent uoca- re hæreticum & impium? Cur litis controuersia nondū iure discussa, inhibitionibus quoq; atq; grauissimis cen- suris interpositis, tanq̄ effrenes & indomiti reluctantur? En quo modo Euangelium pacis, conuertunt in scanda- lum proximi. Audiant loquentem Christum, si papam contemnunt (id quod non obscure faciunt). Qui dicit fratri suo fatue, vel racha, reus erit gehennæ. An non er- go zizania seminant isti? Nunquid mala metent, semī- natores iniquitatis? Illi inquam, qui hominem non mo- do Christianum, uerū etiā multis istis male Christianis cucullionibus, uirtutibus & scientia præferendum, nihil uerentur hæreticum, impium quoq; & Iudæorū amicū, proclamare, idq; ex eo loco ubi minime, opportunū de- corūq; habetur, sed leuia forsan illa nec tanti æstiman- da fuerint, si non in sacros monachorū ac uirginum cœ- tus, letiferū virus proserperet, in hæc inuia loca, in hæc penetrabilia hoibus inaccessa, rabidi canis audacia pene- trauit, ubi perpetua charitas regnare deberet, ubi ad in- star coelestis Hierusalē pax spiritualis diffunditur, quos ubiq; sacer Chrysostronus a mūdi cōtemptu prædicat, ibi tamen conuitis adhuc & inuidiæ locus est, explora- ta mihi sunt quæ loquor, ut ne quis in aerē me ista effu- tire putet. Resipiscant igitur omnes isti, & studeāt Chri-

AD IOAN. REVCHLIN

sti potius, q̄ Astarothi esse discipuli, studeant parere scri-
pturis, & obsequi euangelio, hoc uere Christianorū est,
non præbere aures nugacissimis nugis, mendaciis, & ob-
trectationibus. Cum scriptum sit. Detrahentem secreto
proximo suo hūc p̄sequebar. At hæc in propatulo fieri
quotidie cōspicim⁹, neq; minus tñ auctoritatis sibi uēdi-
cat p̄sumptuosa temeritas, in tm̄, ut mihi nō pua ridendi
materia succresceret, cū legerē illū Theologicū titulum
APOLOGIA REVERENDI PATRIS FRA-
TRIS IACOBI DE HOSTRATEN HAERETI-
CAE PRAVITATIS INQUISITORIS. &c.
quæ sequuntur, totam fere paginam occupantia, aderat
forte quidam, qui meo stomacho mederi cupiens, bene
inquit habet, omnia ferenda sunt, coepitq; illud ita expo-
nere, ut (Apologiā) diceret esse absurdum sermonem,
(reuerentiam) non in uirtute, sed supercilio constitu-
tam, (patrem) nomen esse non affectus, sed arrogantia
(fratrē) nō charitatis, sed cucullæ, (Iacobum) uero sup-
plantatorē etiā Hebraicae linguæ uis ip̄a designat, hæ-
reticorū inquisitorē) sed delatorē Christianorū, & depe-
culatorem honoris alieni, demū adiecit omnia perbel-
le quadrare, nihilq; deesse, nisi quod adiungatur etiam
ἐπὶ γράμμα istud, perpetui eulogii loco consecrandū,
IDEM BERNENSIVM HAERETICO-
RVM PATRONVS. hæc ille tum non abs re for-
tasse garriebat, & nos eadē sobrie, atq; adeo sub nebula
exhibemus, ut si acrius instet, dispulsa nube in parentis-
simam lucē erumpant. Quid em̄ ad me attinet, si impu-
dēs os habet Astarothus? Quid si dormitantē excitaue-
rit canē, contraq; Pythagoricū symbolū, ignē gladio ef-
foderit? ore foedās oīa, apud quē nihil mūdū est, nisi qd̄
uel maxie imundū fuerit. Solā supbiæ comitē hīs ipudē-
tiam, cuius necesse est ut aliqn̄ fructus decerpat, qui pie-
cit lenientē. Quæ suo quidē loco adamussim (ut aiūt)

EPIS. HERMANNI GO. NVENA.

pro uirili præstabimus. Nō eīn præcipitato furore impe-
rendus Therfites, nō līcea gladioue cōfodiēd⁹, sed Vlyf-
fis sceptrō. i. rōnis impio, quēadmodū poetarū doctissi-
mus finxit Homerus Iliados. ii. ubi Cucullati huius no-
stri personam lepide agit Therfites, de quo scribit.

Θέρσιτης δ' ἐπὶ μόνος ἀμέφοε παρ' ἐκαστοῦ
Ὅς ῥέ πα φρεσὶν ἔσιν ἀκόσματα πολλά τε κ' ἄλκιμονος
Solutus Therfites sine pondere uerba profudit,

Inconcinna sua quæ plurima mente tenebat.

Qua ppter cōsulto mihi ipsi iā nō obtēpabo, exceptasq; i-
urias in cōmodius tps aliqd reiiciā. Quas tñ nō possum
nō existimare grauissimas, qñq; dē cōtra famā, cōtra ho-
norē atq; dignitatē meā structæ sunt, ab homine præser-
tim, qui id iure nullo fecit, neq; facere potuit, qui theolo-
gū sub cuculla mentis, cū itus ravidū occulat canē, q; ito
lerabile uirus suū, supbiā dico, liuorē, & arrogantiam, so-
litus ē, in mores bonorū uirorū despere. Qd si huic ma-
ledicēdo uices reddere de creuissem, iāiā (uti credo) expe-
rientia doct⁹ eēt, nō parū, uel ad maledicēdū, cōferre poe-
ticā & oratoriā, idcirco poeseos nomē nō recte mihi im-
pperare uideē, qd tā ab eo abest, ut nō possit longi⁹, etiā
ab ifante bimo, sed utinā uerū diceret, cōtūeliā certe nul-
lā ifictā uideo, nisi qd mēdaciū plane agnosca, uerū id ei
libēs cōdonabo, q; i oēs æque mētē, q; optarē ut de me se-
mel uerū ptulisset, sed sicut ego mihi nihil horū arroga-
re ausim, ita p cōpto habeo, maximā efficacīā, & incredi-
bilē uim suppetere poetis, qñ ab im p̄bis & maliciofis ho-
minib⁹ puocant. Est furor i nobis (inqt Oui.) agitante
calescim⁹ illo. Cōstat archilochi iābos Licābis exitio cla-
ros fuisse. Cicerōis eloq; triā potētissim⁹ alioq; M. Antōi⁹
etiā fuga celebravit. Quāobrē cū adeo pui pēdit poeticas
facultates, caueat ipē sibi ne repēte nūc i poetas deuect⁹,
ab illis frustrati & emēbref & dilanief, nō sec⁹ q; Aetxon
a p̄priis canib⁹, & Pentheus ab ifanis m̄fierib⁹, p̄enas lu-
ens temeritatis suæ, q; ea dānet quæ nunq; didicit, & quæ

IN

parere scri-
anorū est,
ncis, & ob
m secreto
atulo fieri
s sibi uēdi
ia ridendi
ū titulum
S FRA
ERETI-
RIS &c.
ia, aderat
iens, bene
ita expo
monem,
constitu-
rogantia
uero sup
nat,) hæ-
i, & depe
a perbel
etiam
ecrandū,
TICO
bs re for
nebula
atentis/
si impu
xcitauē
ladio ef
nisi qd
s ipudē
qui pie
t alit)

EPIS. HERMANNI BVSCHII.

tanto interuallo sensus illius ingeniumq; transcendant, ut assequi uel summis digitis nunquã possit. Si enim sacrae poseos merita ignorat, si ueros theologos ipsius pconia scriptis extollentes non legit, aut didicit, quod ualde equidem crediderim, perlustret Vallum Buschii uiri undequa; ornatissimi, ut tandẽ senex factus discat, quã puer scire debuerat, tum fatebitur iniuriam sibi factam quod hucusq; theologus sit habitus, qui ea ignoret, quã de hac re certatim a sanctiss. uiris memoriã commendata sunt. Et de nugis hæc quidem pauca. Nos uero interim studiis nostris operam demus, & quum ludere aliquando libebit, habes iam argumentum quo te exerce re possis, etiam usq; ad risum. Vale cõmunis patriã ornamentum. Et me quem amas, fac impensius ut ames, Colonia Calendas Maias.

GENEROSO DOMINO HERMANNO

Nuenario Comiti, Hermannus Buschius

Pasiphilus. S.

LEgi nugas nugatissimas, libellum dico, illum, bellũ mediufidius (si modo liber est, & non famosa charta) Deus bone hocine debet reuerendi patris Apologia uocari? hocine tam ineptum opus, ipsis duobus Christiani nominis columinibus, summo pontifici Leo ni, & Maximiliano Casari, inscribi decuit? Adeo nullius ingenii, nullius eloquentiã (ach quid dico eloquentiã) adeo nullius grammaticã, ut puerum septuennem pudere posset, si alicui pãdagogo hæc inscripsisset. Apologiam uocat, si sermo indoctus quaqua uersum, conuitiis & contumeliis scatens, meretur censerì Apologia, & præsertim Venerãdi patris, me Hercules fatebor (uel inuitus) egregiam esse Apologiam, ut taceam quod in ipsum tam ἀδουκὲς ἤλωσ impingit, modo crudelem grassatorem in theologos Coloniensēs, modo degenerem, imperitum, temerarium, periurum, falsarium, ami

III.
 nscendant,
 Si enim sa-
 os ipsius p-
 t, quod ual
 Buschii uiri
 discat, quæ
 sibi factam
 morer, quæ
 om menda
 uero inte
 uedere ali-
 te exerce
 patriæ orna
 rames, Co

ANNO
 s

um, bellū
 nosa char
 atris Apo
 s duobus
 ifici Leo
 eo nulli
 loquen-
 uennem
 fer. Apo
 n, conui
 logia, &
 r(uel in
 od in te
 udelem
 degene
 m, ami

EPISTOLA HER. CO. AD IO. REV.
 cis, magistrisq; (quorum nescio quem etiam angelo si-
 milem prodit) ingratum te, atq; immemorem clami-
 tans. Nullus paragraphus, nulla arguratio, nullus fere uer-
 sus, sine morsu, finitur. Inuehitur in Bilibaldum illum
 humanissimum uirum, & patriæ suæ ciuem charissimū
 omnibusq; eruditis hominibus perinde acceptissimum,
 appellando eum, coram Deo & hominibus, uirum sibi
 iniuriosissimum, qui os maledictione plenum, contra se
 & suos exercuerit, quiq; a moribus optimis spectatissi-
 morum patriciorum Nurenbergensium degeneret, &
 usq; adeo maledicendi sit audus, ut mordacissimas (&
 eas quidē plurimas) cōtumelias in Theologos Coloniē
 seis effutierit, procemialem maledictis plenam congesse-
 rit epistolam; cui præterea sit ostiam impudens, ut cau-
 sis se ingerat theologis (immo legē præfigat theolo-
 gis) cuius theologicā peritiā nemo institorū magno
 p̄cio mercaretur, & propterea nimis friuole gigantoma-
 chiam inermis pusillusq; intrarit. O immortalē eximii
 huius leuitatem theologi. O spectatam, & uelut igne ten-
 tationis iam probatam, uenerandi huius patris, modesti-
 am, hæc decet exempla in uulgus edere theologum, sic
 itur ad astra, tum in eundem illū, & una quoq; in teipm
 alibi (sed oppido q̄ ridicule). Esto inquit Bilibaldus eū
 citra studium & doctrinam, ac proinde ex nihilo creauit
 in Alamanix theologum præcipuum (quasi ipse præ-
 cipuus sit theologus Cappadociæ) adeo sane mihi hæc
 arrisit tam comica huius patris festiuitas, ut dicerē Per-
 sianum illud. Quicquid culcauerit hic, rosa fiat. Post hæc
 nescio qd de pullicino & leporino memorās timore dū
 pygmæus paruis currit bellator in armis, rursus te falsa
 uernilitate pygmæū dicitat, se uero gigantē credo uult
 intelligi, adeo modice de seipso ubiq; gloriatur. Ait non
 dum se territū, adhuc loqui audere. Mihi (si licet dicere
 quod sentio) obstrepere uiderur, magis q̄ loqui. Ut autē
 illud iam nō moueam, quomodo uenerabilē illum se-

c

EPIS. HRMANNI BVSCHII PASI

nem Georgium Benignum, episcopum Nazarænum, passim illito (quod aiūt) melle gladio exagitet, uix illis quibus dedicauit Apologiam hanc, summo Pontifici & Imperatori etiam parcit. Aperte sibi denegata iusticia reos illos insimulans, conquerens grauius de litis pendētia sibi (heu) nimis diuturna. Addens insuper quod ipsis sæpius instantissime totis præcordiis, ob sanguinem CHRISTI supplicauerit, & supplicet etiam nunc, sed frustra. Versiculi tui (lepidissimi sane) isti sunt uisi esse cruenti, hæc cruenta, hæc sanguinaria uideri iniuria cui quam posset oratio, qua per sanguinē CHRISTI sæpius rogati, (idq̄ in causa præsertim fidei) summ⁹ Pontifex & Imperator supplicanti iusticiam denegasse, tam inuidiose, tam palam perhibent. Idq̄ in tot impressis, & dispersis in oēs partes hmōi Apologiis. Merito hæc sibi tam palam impune dici summus Pontifex & sacratissimus Imperator, si meruere audiunt. Capnionem (ingr) præter blasphemiam in bibliam, etiā in Romanam ledem, calumniam instruxisse grauiissimam. Hoc aut non est calumniari sedē Apostolicam, & Romanum Imperiū, mandare literis, hæc ipsa prima capita Christianorū, per CHRISTI sanguinem sæpius rogata, ulli negasse (aut distulisse saltē) iusticiam, præsertim in rebus ad Christi fidem pertinentibus. His magnifice adiungit, se nunq̄ causæ suppressionem (id qd̄ fecerint ipsi Reuchlinistæ) sed iustam & æquissimam, quæ pro ueritatis & fidei, ac IESV. CHRISTI esset honore, rigorosam ac exactissimam semper petiisse sententiam. Qd̄ (saluo honore Venerandi huius patris) figmentū opinor (nō dico mendacium) si modo Acta huius litis, quæ nūc palam circūferuntur impressa, non mentiuntur post edita in scriptis Romæ omnium assessorū (nisi trium forte Prædicatorū) pro Oculari specu. suffragia, impetratum esse a Iacobitis mandatū de super sedendo. Si modo (ut toties Actorū ignaris ingerit) semper rigorosam uoluit

AD HERMAN. CO. NVENA.

uenerandus iste pater, pro ueritate sententiam. Cur ergo
 extimuit, auditis tot secūdis pro Capnione ostracismis?
 Cur supersederi, quam terminari tunc continuo hanc li-
 tem sententia maluit? Quis hic impediuit iudices pro
 ueritate disturientes? Nonne qui impetrauit manda-
 tum de supersedendo? At qui nam iste tandem? Capni-
 on, seu Capnionista? An potius Iacobus, seu Iacobita?
 Ecquid uides plane deprehensum? Age nunc aliā eius-
 dem fabricam excute. Nititur lectoribus magno am-
 bitu uerborum persuadere, quum Ioannem Reuchlin
 dicat hæreticum, se non illum ipsum hominem dicere
 hæreticum, sed imaginarium quendam (si Diis placet)
 hoc tantum nomine uestitum, quod nunc quum digla-
 dietur aduersus Dialogum illum, in quo Georgius Beni-
 gnus, & ipse Capnion interloquuntur, utrangq; personam
 hanc suspicetur esse confictam ab aliquo Obscurorum.
 Se itaq; nunc in fictum illum Capnionem, non in illum
 uerum, quem non credit esse hunc, probra congesturū
 libere, significat. Huiusmodi coloribus ne decet pingere
 Theologum? Hiccine est ille germanus & uerus Chri-
 stianæ candor innocentia? Hæccine illa theologicæ sim-
 plicitas columbæ? Crimina & hæreses in fictam perso-
 nam cogerere, ut dolor & infamia, nihilominus in uerā
 deriuetur, fortasse fictio hmoi, quū per singula pene cō-
 mata, fictitius iste Ioannes Reuchlin ueteratorie sic hæ-
 retic⁹ suggillat, nō erit iniuriosissima ipsi homini Ioan-
 ni Reuchlin? Siquis ad eūdem modum fictum quendā
 Hermānum Nuenarium Comitem sic traducat, in eo
 fortasse tu nihil ipse iam traduceris? Vt autem liquido
 nobilis hic color **VENERANDI HVI VS**
PATRIS sine tergiuersatione deprehendatur. Ec-
 ce tibi uerba illius, optima fide adnumerabo, Proinde
 quando ex dictis, inquit, primi confabulatoris, qui sub
 nomine Ioannis Reuchlin interloquitur, nouas hære-
 ses, erroresque inauditos, uel absurditates inferimus, aut

EPIS. HERMANNI BVSCHII PASI.

obiicimus, non ea in personam Ioannis Reuchlin Phor
ceñ. contorquemus, neq; enim absq; nostro mendacio,
& sine, quã semper abhorruimus, calumnia uiri, id fieri
posset. Quippe quẽ nobis nõ constet uerba, contra quã
disceptamus, & ex quibus errores novos inferimus, scri
psisse, aut eisdem ab urditatibus adhærere. Quinimo &
fortasse errores taleis non comprobaret. Porro quando
frequenter meminimus hæresis, nullo modo hominem
ipsum, Ioannem Reuchlin putamus, hæreticum appel
lasse, nobis unquam fuit animus. Verũ arbitramur, pro
ut arbitrati semper fuimus, plura præfati consilii hæreti
ca esse censenda, & alias intolerabilia, atq; per hoc libel
lum illum uulgo editum, rem dico illam materialẽ, non
immerito fore supprimendum. Quo clarescit q̃ indo
cte ac friuole in nos debacchet, quidam dialogi in quẽ
agimus præfator, qui nobis impingit Capnionem a no
bis dici hæreticum, quod nec cogitatu complexi sumus
ut luce clarius in sententia per quendam inquisitorem,
contra eum Coloniae lata constat, nesciens utiq; quã lo
quit, aut de quibus affirmat. Reuera consultius aliquan
to, ut mihi uidetur, fecisset pater iste Reuerendus, si sen
tentia huius & totius processus Coloniae post inhibiti
onem apostolicam, præfenti sibi, quod mihi constat, insi
nuatam, & lite iam Spiræ coram Commissario & iudi
ce apostolico pendente, instituti nusquam omnino me
minisset. Sed ut ad ipsius reuertamur uerba. Si nõ his di
cit se quum ex dictis primi confabulatoris, sub nomine
Ioannis Reuchlin, interloquentis, nouas hæreses, erro
resq; inauditos, uel absurditates inferat, uel obiiciat, non
tñ per hoc uelle uideri, ea in Ioannis Reuch. Phorceñ. p
sonam contorquere, non recuso quin aperte me falsari
um dictitet. Sed si nunquam eum in animo habuit dice
re hæreticum. Quid ergo sibi uolunt hæc uerba Vene
randi patris, in hac Veneranda eius Apologia, tam uul
go, tam temere obuia, atq; inserta. Manentes auidisime

AD HERMANNVM CO. NVENA.

in ea fidei causa, aduersus impiū Capnionis libellū, definitiuam sententiam, & in eadem facie paginae inferius, Neq; eis sufficebat Capnionem uetus testamentū, aut bibliam temerasse, nimirū quādo scripsit Thalmudicos libros Christo perhibere testimoniū ita bene ut biblia, deinde paulopost. Hæc Capnionis, inq; est assertio, ubi sane præter id quod nefarie in sacrā bibliam blasphemauit, etiam in Romanam sedem calumniā struxit grauisissimam. Hæc utiq; omnia non in poeticam personam illam, sed in ipsum hominem Ioannem Reuchlin dicuntur & Impium. s. esse eius libellum, item eundem uetus testamentū temerasse, ipsum sacrā bibliam blasphemasse, ipsum in Romanam sedem grauisissimā calumniā instruxisse. Si hoc nondum est dicere hæreticum, age dicat ergo planius aliquando, quid sit dicere hæreticū. Dicit aperte, dicit palam, dicit nullo circuitu Ioannē Reuchlini testamenti ueteris temeratores, sacræ bibliæ blasphematores, Romanæ sedis calumniatores, & adhuc tamen illum nō uult dicere hæreticum. Taceo quod hæc eo tempore dicit, quo forte nullo iure, immo cū magna ipsius Reuchlini iniuria hæc dicit, uidelicet Romæ corā reuerendis iudicibus, adhuc causa & lite huiusmodi in decisa pendente, quibus sententiam ad eius nutum non præcipitantibus, ipse sibi quodammodo iudex & arbiter factus, libellum Oculare speculum, a nemine hastenus apostolicorū iudicum, condemnatum, audacter pronunciat impium, Auctorem uero, ipsum Ioannem Reuchlini ueteris testamenti temeratores, sacræ bibliæ blasphematores, grauisissimæ in sedem Romanā calumniæ instructorem declarat, eaq; omnia in litis pendente, & apostolicæ sanctitatis, ut apparet, contemptum, necnon in contumeliosissimam ipsius rei læsionē, atq; iniuriā summam, Et audet nihilominus dicere Reuerendus pater iste quod ne cogitatu quidem unquam uoluerit eundem dicere hæreticum, quum tamen sede apostolica nihil defi-

EPIS. HERMANNI BVSCHII PASI.

niente adhuc, ipse interim definiat illum hæreticum patentissime. Nam quem in uulgatis ubiq; libellis pendente lite, & uerantibus Apostolicis inhibitionibus sacrae Bibliae blasphematores, sanctae sedis Apostolicae calumniatores, nec semel interim, sed crebrius, affirmat, eum fortasse nondum satis per hoc hæreticum designat? An liber Capnionis sit impius? an Capnion ipse temerator ueteris testamenti, blasphemator sacrae Bibliae, calumniator sedis Romanae? Cuius tandem fuerat eius rei arbitrii? An unius huius REVERENDI PATRIS? An potius (coram qua agitabatur hoc negotium) sedis Apostolicae? Nemo credo secius dicet, q̄ sedis Apostolicae? cur igitur iste REVERENDVS PATER tantum sibi arrogat, ut illi sedi, quã iusticiae fatetur ipse fontem, præiudicet? Quid nõ præiudicet, cui pene nõ reformidat irasci? Dicens quum triennio iusticia instantissime præstolatus, morae longioris pertesus tandem, Romanam urbem liquisset, libellum quendam offendisset. Coloniae impressum, per cuius os diabolus intolerabiles syncero cuius Christiano, sibilaret blasphemias (episcopi Nazaraeni, libellum, ut est suspicio, designans) subuersionem in eo catholicae ueritatis, loquacibus quibusdam uiris molientibus, in libertatem se prorupisse filiorum Dei, quod compertum habeat, fidei nostrae neminem non modo nõ dominari, immo ecclesiae caput, quemadmodum reliqua membra, siue reges, siue principes sunt fidei iugo subiectos esse oportere, sciatq; quoniam oporteat plus obedire Deo q̄ hominibus, neq; iustum esse in conspectu Dei, homines potius audire, q̄ Deum, Cur autem hæc satyra, ecclesiae capiti, & reliquis regibus, siue principibus, nunc sic de improviso, nuprius non coherentibus, ingeritur? An fortasse caput ecclesiae, & reliqui siue reges, siue principes Christiani, si ne isto, non meminerunt officium suum, aut se fidei iugo esse subiectos? Quod si ridiculum est (uel forte etiam

AD HERMANNVM CO. NVENA.

am temerarium) putare. Temere sane, & impudēter fa-
cit, quisquis immerito illos per se satis memores admo-
nere sustinet, & eo ipso, quadam negligentia quasi nota
aspergere eosdem non ueretur. Videat itaque quisquis
est, ne quam uocat libertatem ipse filiorum Dei, a graui-
oribus iudicibus, q̄ ipse est, quadam aduersus maiores
suos garriendi pronuncietur proteruitas. Certe nulli in
Apologia ista plus (quantum animaduertere adhuc po-
tuit (tribuit, q̄ sibi ipsi. Nonne satis expressit his uerbis,
quantum suae sapientiae ipse deferat, quibus inquit, eam
se molitū fuisse aduersus Capnionis errores arcem, quā
non solum praetensus propugnator (quo iterum, ut re-
or, lusit in Georgium Benignum) nec plane glomera-
ta eius cohors tota, immo nec mundus uniuersus infrin-
gere possint. Os durum pene dixeram. Ergo nihil sanctis-
simus dominus papa noster, nihil amplissimus tot pru-
dentissimorum, Cardinalium senatus, nihil Imperator
& reges Christiani omnes. Praeterea, nihil cuncti per or-
bem Christianum episcopi, ceteriq; omniū ecclesiarū
praesides, atque doctores innumerabiles, contra unum
istum REVERENDVM PATREM hincere
audebunt? Ut iam uerum sit illud poeticum,

Cedunt grammatici, uincuntur rhetores, omnis
Turba tacet, nec caufidicus, nec preco loquetur.

Quod si ipse haec uere asserit, hoc est, si (ut dicit) tam
firmis praesidiis suam causam sepsit, ut infringi ea, ne ab
uniuerso quidem mundo possit. Quid igitur obstat,
quo minus secundum eum, litem ipsi dent Iudices?
Sed si (quod potius reor) alia res est, q̄ uerba haec
profecto quod timeo, non sine aliqua ianu calumnia at-
que iniuria sedis Apostolicae, per omnium ora popu-
lorum ista spargit, atque inuulgat. Vtputa per quae
hau d dissimulanter innuat, licet causae suae ueritatem

EPISTOLA HVTTENIANA

ta idoneis argumentis, probationibusq; munierit, ut etiam si uelit, ipsa sedes Apostolica cum mundo uniuerso, eas labefactare non possit, nihilominus ab eadem se de toties implorata, sibi nulla quodammodo ratione differri iusticiam. Quid autem hoc aliud est, q̄ pene obiectare, atq; in faciem prope modum exprobrare sanctæ sedi Apostolicæ iniquitatem? Siquis istud scripsisset Capnion. Dii boni, in quantam inuidiâ mox uocaret illū, ob hoc solum uerbum, iste Reuerend⁹ pater? Quantas inde tragædias cōtinuo excitaret, quæ tonitrua, quæ fulgura, quos nimbos cieret? cœlū terris misceret, & mare cœlo, quum præsertim tantas accusationum machinas paret aduersus eundem, quod per zizania, de quibus in euangelio suo saluator, solummodo dixerit posse liberos accipi iudæorū, omnium tñ quorū interesset, seu interesse posset, & in primis iudicio sedis Apostolicæ se subiiciēs, cui, ut uerba resignant paulo ante dicta, Reuerendus iste pater, cum reliquo uniuerso mundo, non cedit, tanta est fiducia linguæ. Sed iam me piget procedere ulterius. Satis ex his, quod arbitror, meū de Apologia ista iudicium tibi cōstare poterit. Proinde iam uale, & me Reuchliniſtam ama. Pridie Idus Aprileis.

HVLDERICHVS DE HVTTEN EQVES,

illustri domino Hermanno de Nuenar Comiti. S.

VIx ab equo descenderam, è Saxonibus remittente principe, cum mihi redditur, una cum elegantiss. tua epistola, illiteratissimus Hogostrati libellus, in quo præter alios Capnionis amicos, te quoq; impuritatis suæ aspergit sordibus, Vide quo euaserit pessimorum hominum audacia: Libenter tamen legi spurcum nugamentū. Non quo gratum mihi accidat, si quid tibi molestum euenit, sed quia istiusmodi facinoribus, magnū istos sibi ultro malum accersere uideo, ut sicut

AD HERMAN. CO. NVENA.

tu omnium in Germania nobilium doctissimus es, omniumque ibidem doctorum nobilissimus, ita summum apud omnes odium ineant, qui in inuidia sua stimulos in te, talem ac tantum uirum exerere non sunt ueriti. Ferre enim has indignitates, haec natio diutius non potest. Nec qui adhuc lippunt, aliquando non aperient oculos. Quod cogitanti mihi subit admiratio, quo malo nostro fato, in hos dominos inciderimus, In Italia certe nostri me puduit, quoties de Capnionis afflictione ortum cum Italis sermone, illi percontarentur, tantum licet in Germania fratribus: Adeo obliti omnium esse possumus, ut quos ad diuinum obsequium patrimonii nostris alimus, eos ad publicam usque maledicentiam nobis esse molestos patiamur. Quid superbius enim, quid indomitum magis hoc hominum genere? Aut cui parcunt, si quando conciderint illam petulantiae suae arcem publicum suggestum? Quo naso, quibus superciliis, qua fronte, quibus lateribus in uniuscuiusque existimationem debacchantur? Quorum de numero quanquam diuersa sorte est apud Francofurdum, Petrus Mayer, indoctissimus puto omnium qui Capnioni inuidet, audax tamen, & insigniter petulans. Hic uero, omnium qui usque agunt malignitate perditissimus Bartholomaeus, qui Decimator. Ita nullum apud rudem populum sermonem habet uerbero, quem non aliquo peruersitatis suae ueneno condidit. Ita nihil citra inuidiam loquitur. Ita in bonos omnes obliquus semper est. Et in Capnionem (quae dii boni) maledicta, quam frequenter iaculatur. Qua in Opt. uirum spurcicia degrafas? Quanquam hoc illi non foeliciter admodum caedit. Qui dum aliis studet apud infimam plebem inuidiam conciliare, ipse se apud optimates in periculosum iam pene odium coniecit. Hanc faciem si uideres, ipsam te inuidiam uideri diceres. Adeo hominis mores in corporis quoque lineamentis natura expressit. Simile quiddam Scorpionibus habet aspectus. Nam ut illorum cauda ad ictum semper

Petrus
Mayer
indoctis-
simus

nerit, ut
do uniuers
eadem se
ratione dif
pene obie
sanctae se
fisset Ca
caret illu,
Quantas
na, quae ful
et, & mare
machinas
quibus in
offe libros
i interesse
subiciens,
endus iste
tanta est
terius. Sa
iudicium
uchlini

EQVES,
Co

emitten
n elegan
rari libel
quoque im
rit pessi
legi spur
at, siquid
moribus,
ut sicut



EPISTOLA HVTTENIANA

est parata, ita huius concionatorculi oris species, omni momento, ad omnemq; occursum ostendit iamiam ali quid hominē mali cogitare, aliqđ meditari maledictū, aliquas struere insidias, aliquā fraudem nectere. In sum ma aliquā coquere inuidiā. Ita me amet Christus, ut o minosum mihi huius nebulonis fortuitū omnē occur sum esse arbitror. Atq; igit, quoquo iturū præsciuerō, sta tim inde diuerto. Proscidit me nō semel in sermonibus, neq; id obscure. Tales nūc habet Germania apostolos, ta les euangelii præcones, ferendos illos quidē, uitia homi num quatenus benigne arguebant. Nunc cū omnia sibi licere putent, & ex libidine cuius uolunt male dicāt, nul lo religionis Zelo, nulla pietatis recordatiōe euāgelium prædicent, pro diuino uerbo conuitia seminent, in publi co sacro priuatam iniuriam ulciscant, imo iniuriā ipsi inferant, ac innocētibus discrimen obiiciant, cū hæc oīa superbe, crudeliter, immodice, ac insolēter faciant, quid obstabit, quo minus aliquādo baculis ac lapidibus talis modi hypocritis obturbemus? Quod si me audiat Ger mania, quāq; inferre Turcis bellum necesse est hoc tēpo re, prius tamen huic intestino malo, remediū apponere, qđ de Asiatica expeditione cogitare iussero. Nam quid Othomānorū domū, impandi studio inimicā nobis, ex cisam tantope cupim⁹ si istos ferim⁹ i medio nostri uni uersæ pietatis iuersores? Christianæ synceritatis cōspur catores? Fidē apostolicā millefariā sp̄ scindētes? nouarū semper dissentionā ac nouarū barbarum auctores? Nisi uero obscurū est, qđ ab ecclesia strenuā gentē Bohemos abduxerit. Ut illud iterim silētio transeā Bernense Præ dicatorū scelus, foedā Germaniæ notā, ac in memoriam nō reuocem publicā orbis pestē Sergiū monachum, Ma humeti alumnum, & reliqua sileam, oīnis generis mala, quæ dum nimiū, nimiū proh Christe pii esse uolumus, nō punimus, nō expiamus. Tu uero qđ consilio ibi meo uti uis, cū tot ex epistolis meis, qđ a nobis cōmuniter fi-

AD HERMAN. CO. NVENA.

eri uelim itellexeris, Quanq̄ interim dubitatio accessit, obstinatissime hos a nobis contemni, q̄ infensissime aliq̄n impugnari præstet. Certe em̄ hoc contemnere, quod ego omnibus hæctenus Apologiis prætuli, non satis esse uidetur, ad illud, quod paramus, ut uigeant literæ, barbaries exulet, docti in ueneratione, scioli passim despectui sint. Id quod Christo adiuuante, ad aliquè iam progressum deduxim⁹, sed nõ quo oportet. Vtinam tecū essem, ut consilium hac in re meum disceres. Incipiunt isti mutuo se conficere. Qui cum apud Francofurdium añ an nos haud multos, super diuæ uirginis Mariæ conceptione, nã de re tam nihili, oĩa in contentiõem protraxerūt, hinc Franciscani, inde Prædicatores, digladiarent, parū abfuit, ut ingentis sibi mali auctores ipsi essent, concitatis in se passim principum ac episcoporum animis. Paulopost illa Bernæ quæ exarsit conflagratio, oĩbus dn̄icalium monasteriis, haud obscurū minata est excidiū. Iam uero quod tu ignoras forte, Vuitembergæ in Saxonibus altera aduersus summi Pontificis auctoritatem insurrexit factio, altera indulgentias Papales adserit. Magnis utrinq̄ conatibus res agit. Magnis uiribus cerrat. Monachorum ductu partes cõgrediunt. Ipsi duces strenui, uehementes, concitati, alacres, clamant, uociferant, plorat nonnunq̄, & fortunam inculant, Nouissime ad scribendum quoq̄ adiecerunt animos. Factum librariis negociū. Vendunt propositiões, corollaria, cõclusiões, & illi multis sæpe exitiosi articuli. Sic spero fiet, ut mutui interitus causas sibi inuicem præbeāt. Ipse de hoc negotio nup̄ factus certior, a quodã ex fratribus, hoc illi r̄ndi, Cõsumite, ut cõsumamini iuuicè. Opto em̄, ut q̄ maxime dissideāt inimici nostri & pertinacissime se cõterant. Ac faxit Deus Opt. Max. ut intereant & emoriantur, qui surgentibus impedimento sunt literis. Quo aliquando enascantur, uia pulcherrimarum uirtutum, quæ toties isti conterunt, plantaria. Tu tibi cõsiste Comes nobilissime, teq̄

EPISTOLA HVTTENIANA

confirma. Me quidem in omnes euentus habebis & peri-
 culorum & laboris sociū. Traducam interim ad partes
 quosquos in principum aulis aptos esse uidero. Sed & iā
 nunc multi clari uiri nobiscum faciunt. Quippe Capni-
 onis causam potens in sua ciuitate tues apud Norimber-
 gam Bilibaldus Birckheymer, Augustæ Peutingerus, in
 Pannoniis & Viennæ Cuspianus, uterq; opibus pollens
 ac eruditione splendidus. Faciunt idem, qui Maximilia-
 no Casari a cōsiliis sunt, magnus uir Iacobus de Ban-
 nis, Iacobus Spiegel, & Io. Stabius. In Galliis uero hoc
 in Capniomastigas odiū strenue alit, uir nobilis ac egre-
 gie eruditus Guilielmus Budæus. Et ibidem constan-
 ter nos tuetur Copus Basiliensis, regi a medicinis, ac Sta-
 pulensis Faber, q; philosophiæ nostro æuo studiosis ma-
 ximum adiuumentum attulit. Apud nostrū autem Al-
 bertum quid aliquando omittit, quo quidem Capnio-
 nis exaltationi, illorum uero detrimento prospectum
 esse possit, Henricus Stromer physicus, candidissimus li-
 terarum ac literatorum amator, ac mihi ob id summe
 charus. Lipsæ, quanq̄ pertinaciter adhuc reluctantur So-
 phistæ, erigunt se tamen literæ, & augentur recta studia.
 Et Vuittenbergam a Fridericho principe accersunt qui
 Græce & hæbraice doceant. Iam ut ad illud redeam epi-
 scoporū columen Albertum nostrum, dici non potest,
 q̄ is consultum uelit studiis. In admirationem te perdu-
 cet, si quando uidebis, huius ad Erasmus epistolā, sic be-
 nigne salutat, sic cupide ad se uocat. Domi uero biblio-
 thecam illius semper in manibus habet. Neq; Erasmi cū
 quicquam exit, quod non studiose legat. Cuius ut aliqd
 penes te memorabile sit, accipe rem facetā, sed quæ do-
 cumento erit, quid de hoc principe sperandum sit. Cum
 illi obtulisset Stromer omni cōuitorū genere, resertum
 libellū Pepericorni, aduersum Capnionis amicos, legit
 quidem, sed lectum, ut ad ignem forte confederat, impu-
 rissima Iudæi nebulonis maledicta detestat, & hoc oīa

AD HERMAN. CO. NVENA.

seculorū memoria dignū Apophthegma præfatus. Sic,
 pereant, qui sic loquuntur, flammæ iniecit. Quæ omnia
 spem faciunt nobis, eo quo tendimus euadendi. De au-
 lica consuetudine quæ obiicis mihi, quia nō epistolam,
 sed sermonem potius, aut uolumen desyderant, expecto
 aliquod meum ocium, unde me tibi expurgem. Interim
 ne crede aliquid a nobis de pristina consuetudine remis-
 sum. Aliquando in gratiam cū musis redire propono, si
 mō illæ mihi iratæ sunt, ob necessario admissum supbi
 Martis studium, ut quæ sæpe prius in castris inter armo-
 rum strepitus pernoctarunt. Valde probo, q̄ incendiari-
 um Cucullionem ulcisceris, & cupide expecto ea quæ p̄
 mittis. Perge ut cœpisti. Oderint, dum metuant. Quan-
 quam illud tibi cum multis cōmune erit odium. Porro
 certum est bonos omnes, quicquid isti oderint, ualde p̄-
 batos. Epistolam tuam quam ad meam defensionem
 rescripsisti, non accepi. Scribe cui dederis perferendam.
 Intra quatrimum in Saxonas redeo. Tu rectissime uale,
 ac ualitudinem tuere. Moguntia, iiii. nonas Apriles syn-
 ceriter, citra pompam.

HERMANNVS NVENARIVS COMES.
 ad Lectorem.

EN opportune tibi lector candidissime, defensio-
 nem Capnionis nostri, nobis nuperrime ex ur-
 be Roma transmiffam, per amicum quendam fi-
 delissimum, Quæ edita est a quodam celeberrimo
 & acutissimo Romanæ academiæ theologo, quem in
 sua Apologia non audet nominare Reuerendus ca-
 lumniator. Est autem defensio illa ipsa, de qua scribit,
 si hic heros sit vir ille, qui facturam fecit, cui initium
 nascitur. Rogasti me mi Stephane. Hæc ille. Audistin
 rhetoricantem istum logodædalum & sed, audi quæ se-
 quuntur, Sciant quoniam satis acceperunt respōsi, quod
 in hanc usq; horam Romæ apud reuerendissimos domi-
 d iiii

EPIS. HERMANNI COMITIS

nos Cardinales citra replicam pdurat. Hæc iterū ille. O bellum ænigma si Oedipum sortiaſ interpretē. Dii me perdant, ſi non prius in Sphyn gem incidero, q̄ enodare hoc ſophiſma præſumpſerim. Expoſuit tñ mihi qdā ami corū dicēs, uideri ſibi ad hoc tēdere ſrūam, ut Romæ iā huic deſenſiōi abūde ſatiſfactū credamus. Quō ergo ue rū eſt qd̄ p̄miſit, qā de tertio Heroe inqt, qd̄ ignis deuo rauerit oīa, quæ ille pro Capnione coegerat. Si hoc eſt, quod uerba hæc Heracliti ſcriptis obſcuriora ſignificare uolūt, bñ habet, ſi ignis nondū uiſa abſumpſit, quō ipſe uidit, & rñdit ꝛ bona uenia Reuerendi hui⁹ patris dictū uelim, impudentiſſimū, & plane ſuū eſſe figmentū, quō em̄ dicere audebit a ſe rñſum fuiſſe coram Reuerendiſſ. Cardinalibus, q̄ ipm̄ ne audire qdem uoluerūt, qā mul ta rabie & malis furiis exagitatus, omnia miſcere ſuis ſyl logiſmis, ſuis inquā, hoc eſt ineptiſſimis clamoribus cu piebat ꝛ qñ ad ualuas ſacrarū ædiū cōcluſiones ſuas affi xerat, mihi negare audebit ꝛ (negabit tñ, quid em̄ nō ne get, qui omnia negat, præter ea quæ ſolus affirmat). Ne gare inquam audebit ſuas illas cōcluſiones, ne dicam cō fuſiones, Romæ in lutum, in puluerem, publice concul catas, & ab ipſis ſacris poſtibus paſſim direptas fuiſſe, oꝝ mniū prætereuntiū maximo cum riſu & ioco ꝛ an nega bit tum quum ad noticiam huius Herois conſequendā feruentiſſime anhelaret, pollicereturq̄ ſe publica uerbo ſitate omnia capita Deſenſionis Reuchlinicæ demoli turū, reſponſum accepſiſſe, rem iam abunde diſputatam & a doctiſſ. uiris optime perluftratam eſſe ꝛ quare impor tunus Declamator turpiſſime reiectus fuit, & repulſam ſuæ importunitati conuenientem meruit. Hinc factum proculdubio, ut ad noticiam Herois illius, qui hanc ex cudit Deſenſionem peruenire non potuerit. Gratuletur ergo ſibi de tam glorioſa reſponſiōe, quam (ut opinor) muti tñ audiuerūt, quia nemo haſtenus de ea quicquā prodidit. Sed quid hoc eſt quod dicit ꝛ Si adhuc, inquit,

illa
atq̄
tate
quid
ba p
ciis u
bet, f
tatē
nes d
certa
nari.
ſyden
et He
egreg
orne
poen
illud
rat to
culic
næ, &
lio C
dicul
tum
terim
ſcio c
hi ui
gmæ
uerſu
cat ec
ſua in
bus re
inter
lud p
ſcelic
re, qu



NVENARII.

illa aut alia huius Herois sint patrocina, in lucē pdeant atq; edant. Videbit nobis nō deesse, quod p Deo & ueritate loquamur. O uirū pro Deo & ueritate loquentem, quid dicam? Pudet ne nihil tam temeraria & pšana uerba pferre? qd cū cōuitiis & calūniis Deo & qd cū mendaciis ueritati? qd Christo cū Astaroth? nugef quoad libet, struat calūnias, cōuitia exerceat, modo Deū & ueritatē ne tam temere in ius trahat. Cædo facile, ut in homines debacchet, dei nomen abhorreo in tam friuola concertatiōe, tam licenter a quouis etiā leuissimo hoīe pfanari. Satisfaciam tñ petitionibus ipsius, quæ ex tanto desiderio pficiscunt, in lucē prodibit, & sese duello obiiciet et Heros quem puocauit. Denudet iam pharetram tot egregiis syllogisimis grauatam, siquid habet promat ex orneret nunc illa plaustra, pluribus elenchis conferta, q̄ poematis Thespis illa fuisse narrantur. De quo tritum illud. Dicitur & plaustris uexisse poemata Thespis, proferrat tormenta illa magnifica, quibus (si Diis placet) uix culicem conficere possit, prodeant gigantes isti terrigenæ, & moliantur aduersus superos arcem. Imponant Pelio Ossam, Ad ultimum, Parturiant montes, nascatur ridiculus mus. Nos interim pygmæi subsistemus, & euentum nō sine risu contemplabimur. Meminerit etiam interim, egregius iste & animosus Cyclops, cum suo (nescio quo) balbutiente. *Νόσκαλαφ* quo distante, ut mihi uidetur, hæc sua heroica figmenta conscripsit, nos pygmæos optimo esse anio & pbelle sperare, qñ nobis aduersus ranas pugna ineunda est, quas sacer Hierony. uocat eos, qui in Dialecticis spinetis & sophisticis strophis sua ingenia torquent affliguntq; nihil scientes, & omnibus rebus temere sese ingerentes, hos compat pesti qua inter alias AEgyptii fuerunt afflicti, hoc est ignauum illud pecus fucorū, qui alienis opibus, nō proprio labore sceliciter uiuere cupiūt. Meminerint ad nos nihil attinere, quod de Catone & Hercule nō minus inepte q̄ arro

TIS
erū ille. O
tē. Dii me
enodare
ni qdā ami
Romæ iā
āo ergo ue
gnis deuo
Si hoc est,
significare
t, quō ipse
atris dictū
uentū, quō
uerendiss.
it, qñ mul
ere suis syl
oribus cu
es suas affi
erū nō ne
mar). Ne
dicam cō
e concul
fuisse, o
an nega
sequendā
ica uerbo
demoli
sputatam
re impor
repulsam
nc factum
i hanc ex
ratulerur
(opinor)
a quicquā
ac, inquit,

EPI. HERMAN. CO. NVENA.

ganter intulerūt, quos uiros in numero semideorū egregios fuisse cōstat, & strenuos. Quorū alterū integerrima uita, alterū maxima & incomparabili audacia uiguisse historiis proditum est. Nos uero aduersum Epicuri de grege porcos, aut si mauis canes quosdam Circæos scripsimus, omni passim in cæno se turpiter uolutantes, quorum nobis incognitus numerus semper fuit, nisi quod nunc duos protraxerūt, ex theatro uirorū fortiū, quos traducere secum uellent, in barathrum & sentinam suorū uitiorum, uidelicet ut hic Cato sit, homo frugi & iteger, ille Hercules uir fortissimus, & maximo animo præditus. O Cato, quomodo nunc Turpiliani Senatusconsulti causam dicere cogaris? Quo nūc excidisti? ut in re friuola & propemodum puerili, rem familiarem turpiter perfunderes? Num cucullam etiā nūc induisti bone Cato? & factus es alienæ pecuniæ prodigus, quod prius ne domesticas quidē sine parsimonia & frugalitate curabas? Quod piurii, calumniæ, infamiæ, dicacitatis, leuitatis, & falsi notam nomini tuo imponi passus es? Posthac nō mihi Cæforius, aut Vticensis uocaberis, sed uere Porcius, id est porcarius. Tu uero Hercules Antæum nactus es, quo cum luctari possis. Nam si ad umbras hominum terreris, quod iam pugna opus est? Pudeat igitur te o Hercules ficticiæ, tot egregiorū facinorū, pudeat te nominis tui, qui in grammatistam uersus diceris, quem obscuro & nondū uisi homines, usque ad orbis angulos fugere coegerunt, adeo nūc tui ipsius immemor factus, ut inertiam tuam lamentando prodi malis, quæ certando, & dum hoc agis, tam es ineptus & ridiculus, ut risu non homines modo, uerū etiam Iuppiter ipse alio qui tibi charissimus emori possint. Sed ualeant isti cum suo Hannibale, quem sibi ducem constituerunt, cæci luscum, cuius uiuam imaginem, cuius effœminatōs & uere Campanos mores, cuius perfidiam plus quæ punicam pulcherrime Cucullat⁹ Hannibal expressit, hunc ad postremum, unus Scipio retundere potest. Le

Cato
Hoch/
stratus
Hercules
Ortuin⁹

HE
stor bo
dum m
tuit. Po
stenus
exactio
cum N
(siqui
metan

EIV

Lector
Sis, aut
Hunc t
AEqua
Nam n
Lector
Arceri
Hos in
Quou
Quou
Ipsis pa
Ipsis &
Hi cum
Mores
Audent
Cum si
Dolis, fr
Pares A
Quorū

HERMAN. NVE CO. AD LECTO.
stor bone, ne te commoueat, quod tãdiu ludimus. Non
dum mihi cholera incanduit, prius leuare splenem oportuit.
Post hæc bili indulgendũ est. Parũ olei & operæ hætenus
impẽdimus. quod reliquũ est arridentibus astris,
exactius curabimus, iam iacta est alea. Defensioẽ hanc
cum Nazaræni dialogo coniunge. Deinde Acta causæ
(siquidem curiosus es) diligenter adhibeto. Omnia ad
metam vsq; continges. Vale Colonia Idibus Aprilis.

EIVSDEM HERMANNI NVENARII
ad Lectorem hendecasyllabi.

Lector quisquis es, attamen pudicus
Sis, aut moribus optimis probatus.
Hunc tu perlege quesumus libellum,
A Equæ singula digerens bilance.
Nam nos ingenuos citare tantum
Lectores soliti, bonos pioſq;
Arce volumus gregem petulcum,
Hos inquam cynicos leues cucullos,
Quouis rhinocerote sæuiores,
Quouis aspide virulentiores,
Ipsis passeribus salatiores,
Ipsis & canibus gulosiores.
Hi cum delitiis fluant soluti,
Mores attamen arrogare castos
Audent, & sibi regulam Catonis.
Cum sint nequitia, procacitate,
Dolis, fraudibus, artibusq; prauis,
Pares Alcinois, Neronibusq;
Quorũ scripta legens modeste lector,

Merdis omnibus obrui iubeto.
 Nam cui Casia spirat, aut Amomum,
 Hunc laedunt olidae nimis cloacae.
 Quare naribus obstruens meatum,
 Lector candide tu tibi caueo,
 Ne te pagina tam cacata laedat,
 Flammis & pice digna concremari,
 Vel saltem putidis premenda merdis.
 Quae nihil nisi turpe barbarumq;
 Spurcum infame sophisticumq; garrit.
 Sed iam comprime ludicros Thalia,
 Ludens hende casyllabos proterua.
 Non est lusibus haec agenda scena.
 Non est versibus explicanda paucis.
 Sed cum res vocat, omnibus camoenis,
 Quas vel Itala nutrit, aut Pelasga
 Tellus, ipse meas feram querelas.
 Et tum sanguine tincta viperino,
 Mecum spicula deferam cruentus.
 At vos interea valere sanos
 Lectores cupio, perq; Dixi.

LIBELLVS ACCVSATORIVS FRA
 tris Iacobi de Hochstraten, theologiae doctoris, ordiis Pradi-
 catorum, Inquisitoris, contra Oculare speculum Ioannis Reuch-
 lin, LL. doctoris, coram se & Commissariis archiepi Mogun-
 tini, pductus, vt est in Registro Actorum iudicii primae instan-
 tiae folio. lxxii.

Coram vobis reuerend. venerabilibus & eximis, re-
 uerendiss. & illustrissimi sacri Imperii principis electo-
 ris sanctae Moguntiae, sedis archiepiscopi, in negotio
 inquisitionis huiusmodi contra libellos speculum Oculare
 Ioanni Reuchlin inscriptos & impressos, perq; Diocef. Mo

LIB
 gunt
 riu, n
 tra t
 haere
 accep
 infer
 decer
 rati
 prob
 tionis
 press
 annis
 impe
 ne no
 repet
 & int
 clarit
 rione
 fauor
 Je. Hu
 li con
 hab h
 ultra
 cruci
 phen
 hae m
 orati
 totra
 affer
 impri
 hae p
 nedu
 venen
 st fid
 const
 sua, a
 pra &
 conte
 titis h
 & an
 Chri

LIBEL. ACCV. F. IACO. HOCHSTRA.
guntin, consistentes & dispersos instituto. dñs Commissa-
rius, nos Iacobus de Hochstra en ordinis Prædicatorum, sa-
cræ theologiæ humilis professor, ac apostolica auctoritate
hæreticæ prauitatis Inquisitor, protestationibus prioribus ac
acceptationibus fieri solitis & consuetis repetitis, & hic pro
insertis habitis sine strepitu & figura iudicii, prout in talibus
debet. Velo leuato procedēdo in modum simplicis facti nar-
rationis, damus, facimus, & exhibemus infra scripta, quæ ad
probandū admitti petimus, citra tamen onus supflue proba-
tionis, quod subire non intendimus, de quo prestamur pex-
pressum. In primis & ante omnia libellū Speculū oculare Io-
annis Reuchlin inscriptū, & illius cōtenta una cū mandatis
imperialibus & Actis causæ, quatenus tñ p nobis & intētio-
ne nostra fundanda fecerint, & non alias nec alio modo, hic
repetimus, inserim⁹, ac p repetitis & insertis haberi uolum⁹
& intendimus, ex quibus sic repetitis & insertis, constat luce
claritatis, nos vulgata fama præcedente & clamorosa insinua-
tione subsequire, didicisse, dictum libellū in iudaicæ p̄fidie
fauore, & illius excusationē nimis esse p̄pensum & fauorabi-
lē. Hunc articulū lucidius declarādo, repetimus eiusdē libel-
li continentia, & præsertim particulā sic incipientē. Dan ich
hab hie oben warhafftlichen &c. fo. v. pa. i. descriptā. In q̄
ultra id quod iudæos p̄fidios hoies & impudētes canes dño
crucifixo, eiusq; deiseræ m̄ri uirgini Mariæ immaculatę blas-
phemis iugiter oblatrare nō verētes, Christi fidelibus eccle-
siæ mēbris in ciuilitate cōparādo, psuadere nitit. Excrabile
oratiōne, quę hebraica lingua incipit, Velammeschumadim,
cōtra Christi ecclesiam & illius mēbra nō orare, p̄ incōuenientia
asserens, q̄ tam grauis & contumeliosus sermo cōtra iudæos
imprimi p̄mittat. Vnde tantum contra eos odiū apud eccle-
siæ principes & hebraicæ linguæ ignaros cōcitari poterit, ut
nēdum bonis, verū & corpore priuarent & vita. Cum tamē
venerabilis doctor Paulus Burgēsis episcopus, oēs ad Chri-
stifidem conuersi iudæi ecclesie doctores, & alii, oppositum
constanter affirmēt. Et præfatus etiā Ioan. Reuchlin in epla
sua, ad quendam militē Anno millesimo quingentesimo scri-
pta & impressa, cōtrarium affirmet. Quam quidem & illius
cōtenta hic exhibemus & inserimus, ac pro insertis & repe-
titis haberi volumus & habemus. Consimilibus insup fama
& insinuationē, didicimus dictum libellū in Christianos &
Christi ecclesiam irreuerentialem & nimis esse iniuriōsum.

FRA
rdis Prædi-
nis Reuch-
pi Mogur
imæ instan-
eximils, re-
cipis electo
negocio
n Oculare
iocef. Mo

LIBELLVS ACCVSATORIVS

Nouamq; Iudæis in nos Christifideles insultandi materiã fo-
 uere, administrare, pariter & præbere. Hunc articulũ latius
 declarando, repetimus dicti libelli particulam incipientem,
 3 Dan die wyl wir sie alle iar &c. fo. xv. pag. i. annotatam, in
 q̄ munimine prætẽsi iuris asruere nitit̄ Iudæos scdm tenorẽ
 iuriũ dicere & scribere posse, Dei ecclesiam quot annis in sa-
 cra Parasceues die mentiri, dum orando dicit. Oremus p̄ p̄fi-
 4 dis Iudæis &c. Memoratis pariter fama & insinuationẽ, per-
 cepimus libellum eundẽ de sacris ecclesiasticis doctoribus &
 scriptoribus vilit̄, nimis indigne, ac cõtempribilit̄ loqui,
 ipsiq; Hebræorũ & Iudæorũ maḡos & Rabbi añponere
 nõ vereat̄. Hæc lucidõ declarãdo, repetimus dicti libelli con-
 tenta, & signãter particulã incipientẽ. Ich sag auch vnd hab
 des &c. fo. xiii. pagina. ii. annotatam, in qua affirmat, q̄ p̄o-
 intelligentia textus bibliæ, doctores nostri multi & sæpe Iu-
 dæorũ commẽtariis & glossis cogant̄ vri, subdẽs, q̄ si subita
 herent̄ ea quẽ Nicolaus de Ly. sumpsit ex Rabbi Salomone,
 residuum quod idem Nicolaus de suo capite scripsit super bi-
 bliam, paucis admodũ foliis comprehendì possit. Subdit̄ eti-
 am in fide n̄ra Christiana valde multos doctores inuenit̄, q̄
 ob defectum duorũ idiomatum sacram scripturam nõ recte
 exponant. Propter quod sæpenumero irrident̄, cum t̄n con-
 stet diuum Hiero. & plures eccl̄iæ doctores alios, vasa sp̄s
 sancti, hebraice, græce, parit̄ & latine fuisse doct̄issimos. Præ-
 5 missa etiã lucentius declarando, repetimus & inserimus con-
 tenta præfati libelli specialiter particulã incipientem. Mecht-
 ainer sagen &c. fo. xiiii. pag. i. descriptam, in qua ad ostendẽ-
 dum doctorũ catholicorũ scripta, parit̄ ad scripturãũ vere-
 ris testamẽti intelligentiã p̄ficere, scandalosa & irreuerenti
 cõparatione illorũ scripta, ridiculosẽ caligariũ operimen-
 to inualido cõparat in tpe algido hyemis. Item latius declarã-
 do, repetimus cõtenta particulæ incipientes. Des halbẽ so hin-
 dert mich nit̄ &c. fo. vi. pag. i. descriptæ, vbi postq̄ de Christi-
 anis doctoribus & scriptoribus mḡro Raimũdo in pugioẽ,
 autore Fortalitiũ fidei, Paulo Burgensi, Petro Nigri in stella
 mellis, & aliis multa mala in Thalmud cõtineri affirmãtib̄,
 sermo incidisset, sic subdit̄. Nihil me ipedit quicq̄ supra me-
 morati nostræ fidei scriptores contra Thalmud scripserũt,
 q̄rũ aliquos noui, qui Thalmud nunq̄ didicerũt, & p̄pterea
 eorũ scripturæ & verba me non mouebũt. Sacra per hæc do-
 ctorũ scripta in ecclesiæ & Christifidelium scandalum nihil fa-

FRATRIS IACOBI HOCHSTRATI

ciens & contemnens. Ultra præmissa paribus fama, in
 6
 nuatione & vociferatione cognouimus antedictum libellū,
 piarū aurium plurimū offensiuum, & in scādalum tendere,
 non modicum Christifidelium, præsertim laicorū & simplici
 um, Pro cuius articuli latiori declaratione continentiam par
 ticulæ præscripti libelli repetimus incipientem, Ob aber die
 vnuerstendigen &c. fo. ix. pag. ii. annotatæ, in qua ostēdere
 nitit̃, Si quæ mala in Thalmud cōtineant̃, ea nō ex ip̃o libro,
 sed ex sola legētium peruersa interpretatione accidere. Post
 illius particulæ descriptionem, etiam iniqua quadam cōpa
 7
 ratione subiungens. Sicut verba Thalmud in puer sum sen
 sum trahi p̃nt, ita & verba sacræ bibliæ, Et quemadmodum
 quedā turpia ad l̃ram contenta in biblia mysticant̃, ita & tur
 pia cōtenta in Thalmud pari modo mysticari posse & debe
 re, insinuat. Pro clariori præmissorū elucidatiōe, pariformi
 ter repetimus prænominati libelli. continentia, & præcipue
 horrendā auditu particulam incipientē, Darumb alles d̃as
 sie &c. fo. xv. pag. ii. annotatā. In qua Iudæos a cōtumeliā in
 d̃m Iesum saluatorē ñm excusando dicit. Quæcūq; Iudæi
 scribunt p̃tinentia ad hoc qd̃ Iesus nō sit deus, & quicquid se
 quit̃ ex hoc illud eorū fidē esse, per hoc nulli cōtumeliā in
 ferre velle, ac catholicā ecclesiā circiter annos mille quadrin
 gentos passam esse, neq; vnq; id p̃ cōtumeliā acceptasse, affir
 mare nitens, illam iniuriā dissimulatione tot curriculis tem
 porū remissam, & propterea iure eā illis impune licere repe
 tere, sinistre & imptinēter pro illius corroboracione, c. consu
 luit, de Iudæ. adducens, cum t̃ñ omni iurisperito memoratū
 c. intuenti, clareat, id nō de falsa doctrina & de peruersis ac
 cōtumeliosis Iudæorū scriptis, sed de solis antiquis ritibus, &
 8
 synagogicis ceremoniis esse locutū. Ad euidētioris declara
 tionis effectum præmissorū, repetimus cōtinentiam sæpe di
 cti libelli, & signāter particulā incipientem. Ich zel aber der
 Thalmud &c. fo. xviii. pa. i. in qua leui argumento astruere
 nitit̃ perfidis Iudæis, infamens suū Thalmud & in Christum
 cōtumeliosum, etiam si a cōuersione eos ad rectam fidē impe
 diat, minime auferendum quasi imperatoria maiestas, aut ec
 clesiæ principes & prælati, non possint neq; debeant impedi
 mēta salutis ecclesiæ offensiuā Iudæis, tollere vel prohibere.
 Periculosam d̃ctū libelli corroboracionem in pericula inchoā
 te. Der Iud ist vnfers hergotz als &c. fo. xviii. pa. i. descriptā
 9
 pariformiter repetim̃. In qua ex d̃cti Pauli apostoli inia pro

LIBELLVS ACCVSATORIVS

Confirmatione præmissorū astruere nitit̃. Sanctam dei eccle
 siam & eius prælatos ac principes de iudicorū factis cū domi
 no suo stent & cadant, & quilibet pro seipso rationem redde
 re oporteat, intrōmittere se nō debere, subiungendo Deum
 10. satis potētem etiam, si velit, eos posse erigere. Vulgatissima
 similiter fama & insinuatione p̃missis, intelleximus p̃gnoni
 natū libellū, q̃ plurimos sacræ scripturæ ecclesiæ ac iurū
 textus & dicta impertinēter applicare & corrupte allegare.
 Pro huius articuli manifestiori declarationē vltra præmissa
 repetimus in præfato libello, & signanter fo. iiii. pa. i. allegatū
 verbū apostoli, i. Corint. xi. oportet hæreses esse, & folio. xii.
 pa. i. & ca. sancta Romana. xv. distū. per quæ astruere respe
 ctū nō dicitur Thalmud non cremandū, sed necessario iudæis
 relinquendū & hæreticorum libros a Dei ecclesiā nō suppri
 11. mēdos, sed conseruandos &c. Vltra memorata, quod do
 center referimus, præscriptū libellū in pluribus suis locis &
 passibus hæresim sape, & a synceritate fidei aberrare. simili
 bus insinuatione & fama didicimus. Hūc articulū specialius
 declarando, repetimus dicti libelli p̃ticulā incipientē. Dar ab
 zu nemē ist das &c. fo. vii. pag. ii. descriptā. In qua per d̃no
 stri Iesu Christi saluatoris n̄ri uerba, scrutamini scripturas, in
 quibus uos putatis uitā æternā habere, & illæ phibent testimo
 niū de me, conat̃ affirmare scripturas mg̃torū, in Thalmud
 cōphesas, pprie esse designatas, & illas eque ut bibliā testimo
 niū phibere de Christo, asserēs hāc ueritatē esse, illasq; ppter
 12. ea a nobis nō cremādas, sed ex cōmissiōe Ch̄ri scrutādas. Ad
 p̃missorū lucidioris declaratiōis effectū mōis & formis p̃mis
 sis repetim⁹ & inserim⁹, ac p̃ inseritis & repetitis cū prestatio
 ne, tñ fieri solita & cōsuetā haberi uolumus cōtinētā sepe di
 13. cti libelli, & signāter horrifonā Ch̄ri fidelibus p̃ticulā incipie
 rē. So ist Iesus hie &c. fo. xv. pa. ii. annotatā. Vbi mysteriū in
 carnatiōis & salutiferā d̄ni n̄ri Iesu Ch̄ri p̃ nobis assumptā
 h̄ritatē, nefaria assimulatiōe, habitu meretriciō indecētū cō
 parare nitit̃. In q̃ pudicitia m̄ronæ dishoneste attēctēs, ab inu
 r̄iis excusari iure uideēt. Insinuare uolēs Iudæos Iesum hoīem
 in forma serui uidētes, nihil diuini in eo reputātes, ip̄m cruci
 figētes cōtumeliā ei nō itulisse. Verū rōnabilit̃ p̃pterea excu
 satos cōtra ueritatis uerbū Ioā. xv. si nō uenissē & eis locu
 tus fuissē, p̃ctm̄ nō h̄rent &c. excusationē hmōi p̄fēsam iu
 x̄sp̄itōrū rōnib⁹ colorare satāgēs. Ad clariorē & luculentiorē
 p̃missorū declarationē, p̃ticulā hæresim sapientē incipiet̃.

FRATRIS IACOBI HOCHSTRATI

vnser apostel Paulus fo. xvii. pa. i. descriptam similiter repe-
 titum & inserimus, & p inserta haberi volumus. In qua astrue-
 re nititur, quod Paulus maximus apostolorum in doctrina ce-
 teris eminentior sit factus, id ex eo euenisse, quod literas he-
 braicas didicerit, & cum Rabbi, seu hebraeorum magistris scho-
 las frequentauerit, cum tamen ipse apostolus ad Gala. i. fateat, in
 genue euangelium a se euangelizatum, non ab homine accepisse
 illud, sed per reuelationem Iesu Christi. Erroneam & haereticam sa-
 pientem continentiam dicti libelli clarius deducendo particula in-
 cipientem. Es mag nyemā zu mir kumen, fo. xviii. pa. i. amota-
 ra Similiter repetimus & p inserta haberi uolumus, in qua mo-
 li assertere Paulum apostolum gentium doctorem ad fidem non miraculo-
 sa, sed sola communi uocatione tractum, quod tamen palam ab eccle-
 sia & institutione eius exorbitare cernitur deum in ea illius conuer-
 sionis annis singulis, tanquam miraculose festiuitas celebret. Per-
 ruculosam praeterea dicti libelli particula incipientem. Also wird
 auch hie geschehen fo. xix. pa. ii. descriptam consimilibus modo
 & forma repetimus praemissis, in qua danabili & intolerabi-
 li quadam comparatione Christianorum sub tyrannis olim facta per-
 secutionem comparare ablatio priorum librorum Iudaicorum non
 ueret, assertiue inferens, hodie Iudaica crescere debere perfidia,
 & eorum pertinacia, si nefandi eorum libri auferent. Quoad modum
 sub tyrannis tunc persecutionis olim creuisse dei conspiciat ecclesia.
 Danosam insuper & haereticam comparationem, quam nefandum
 Thalmud a filius diaboli compilatum, pessimis malis referunt, in
 particula sepe dicti libelli incipiente, vnde wie wol Adam &c.
 fo. viii. pa. ii. descripta, arbori scientiae boni & mali, quam De-
 us Opt. Maximus in paradiso plantauerat, terrestri comparat,
 his similiter inserimus & pro insertis haberi uolumus. Cum ta-
 men ueritas sit, dictam arborem nil mali continuisse, malicia
 autem ex proparentis prauaricatione, & diuini precepti
 transgressione accidisse. Thalmud uero iuxta scripta doctorum
 ecclesiae toxico & mortifero ueneno plenum. Praemissa lucidi-
 us declarando, haereticam sapientem allegationem. li. i. §. denique
 Marcellus. ff. de aqua plu. ar. fo. xv. pa. i. dicti libelli contentam
 repetimus, & his uerbis positionibus & articulis inserimus, per
 quam instruere nititur in effectu perfidis licuisse & licere iudaeis per
 sua defensionem nefandos Christo & nobis ingratos condere libros
 Ite sibi ponimus & dicimus, quod de praemissis omnibus & singulis, & de
 praedicti libelli erroneis sententiis, est publica uox & fama, uul-
 gare dictum & clamorosa insinuatione, ne dum apud uulgares & ple-

DIFFAMATIONES

beios, verū etiā apud principes ecclesiæ, prælatos, doctores, & literarū peritos, cōmune dictum & vulgaris hominū assertio. Protestamur in super, quod ad sup̄fluum præmissorū deductionē & probationē astringi nolumus, sed solū erroneas sæpe diuī libelli continentias, quantum ad præsentem inquisitionem atinet, deducere & probare, ac si plura posita nō fuissent. Cognito igit de præmissis quantū sufficit, vt errores, hæreses, & scandala in memorato libello contenta radicitus extirpent, nullocq; tempe repullulent, petimus p̄ vos venerabiles dños Commissarios, vestramq; diffinitiuā sententiam pronounciari, decerni & declarari præfatum libellū Speculū Oculare Ioanni Reuchlin inscriptum, hæresibus & errorib; referentem, perfidis iudæis nimis fauorabilem, ecclesiæ dei iniuriolum, ac sacris ecclesiæ doctoribus irreuerentiale, ip̄mq; propterea scriptura seu impressoria arte per prouinciam seu diocesem Moguntinū, multiplicatum communi hominū vsui interdicendum, condemnandum, sup̄primendum, tollendū, ac igne publice concremandum, ius nobis & iusticiam ministrari vestrum benignum officium, in præmissis, humiliter implorando, saluo iure addendi, mutandi, minuendi, corrigendi. Et protestat̄ prout est iuris, moris atq; styli.

¶ In hoc libello sequunt̄ diffamationes fratris Iacobi Hochstraten, in libello suo accusatorio in Actis contentæ.

¶ Item q̄ idem frater Iacobus volēs se ex iudice simul etiam facere delatorem, diffamauit Oculare speculū de fauore iudaicæ perfidiæ, per quosdā prætenfos articulos, quos Moguntinæ in libello accusatorio legendos obtulit, ex quibus fauorem iudaicæ perfidiæ cōtra Oculare speculū probare conat̄, & primo, q̄ Oculare speculum cōparauerit iudæos Christianis fidelibus in ciuilitate, vbi F. Ia. more suo oracuit veritatem illam, scilicet, q̄ idem Oculare speculum in argumēto iiii, his verbis sic dicit. Volui ego eos tantum esse ciues nobiscum, i. subiectos Romano imperio, sicut expresse in cōsilio meo dixi in primo argumēto ad partem negatiuam. Non autē vt aliquem eis honorem nobis cōuenientem, illis præstare. Hęc ibi. Cōsimiliter & clarius habet̄ in declaratione vulgari. §. iiii. ibi. Itē durch das wort burger. Nec hoc inducit fauorē iudaicæ perfidiæ. Nam esse ciuem vel nō ciuem, nō est quæstio theologicæ, sed meri iuris positiui. Secundo dicit frater Iacobus Oculare speculū cōtinere, q̄ execrabilis oratio illa. Ve

FRA. IACO. HOCHSTRA.

Iameschumadin contra Christi ecclesiam non orat, ubi omni
 sit & tacuit ueritatem illā, uidelicet, quod in eodē libro Ocu-
 laris speculi, de hoc in decimo argumento cōtinetur his ver-
 bis. Et sic disputauit de pprietate grāmatica uerborū & uoca-
 bulorū, nō de ueritate negocii principalit. Et uolui, q̄ præci-
 se ex uerbis illius orationis absolute, si nō alia accederent tes-
 timonia, non posset illa oratio acceptari & intelligi, q̄ sit cō-
 tra nos, licet ex assumptis in argumento posset quædam præ-
 sumptio contra eos haberi, quasi illa oratione uterent cōtra
 nos. Hæc ibi. Per quod etiam responsum erit ad epistolā no-
 bili missam, ubi hoc præsumptiue, sed hic pprie & uere intel-
 ligitur. Et clare in solutione argumenti. xv. & xvi. & adhuc
 clarius in declaratione uulgari, q̄ intelligi debeant secundum
 grāmaticā proprietatē, ac etiā quo ad logicā, & mores & iu-
 ra, scilicet q̄ ea uocabula, quæ possunt in bonum & malum
 interpretari, nunq̄ debent interpretari in grauissimam homi-
 num perniciem. De hoc uidetur in teutonica declarationē. §.
 ix. x. & xi. Et finaliter an iudæi utantur contra nos aut non
 utantur, non est quæstio fidei, sed meri facti.

Item q̄ idem frater Iacobus diffamauit Ocu. speculum, 5
 q̄ sit in Christianos & Christianā ecclesiam irreuerentiale &
 nimis iniuriosum, nouā iudæis in nos Christifideles insultan-
 di materiā fouens, administrans & præbens, quod sic proba-
 re conat. Quia Oculare speculū nitatur astruere fo. xv. pa. i.
 Iudæos secundum tenorem iurū dicere & scribere posse, Dei
 ecclesiam quot annis in sacra Parasceues die mentiri, dū orā-
 do dicit, Oremus pp̄ fideis iudæis. Ibi F. Iacobus uerba Ocu-
 laris specu. p̄ se ac aliter recitat, q̄ scribunt. Nā idem Ocula-
 re speculum in argumento. xlvii. sic ait. Non dixi nec dico, q̄
 sint excusandi, sed q̄ aliquis posset eos uelle excusare quodā
 colore. Nō em̄ affirmo, q̄ uere tales excusarent, hæc ibi. Ver-
 ba aut̄ prout in teutonico sunt, leguntur latine. de iudæis sic,
 adhuc posset aliquis se uelle excusare, q̄ taliā nemini ad intu-
 riā, sed sibi ip̄is ad defensionē fecissent. Ex quo nos eos omni
 anno in nr̄is ecclesiis, in die Parasceues publice uituperamus
 p̄ fidos iudæos, hoc est fidei fractores, & iuxta uerū teutonicū
 qui neq̄ fidem neq̄ fidelitatem seruant, tunc possent ipsi sup̄
 hoc inter se ipsos dicere iuxta continentia iurium, sic ipsi men-
 tiunt, nos nostrā fidem nunq̄ fregim⁹, iuxta determinata Pa-
 nor. in c. cū te. extra de sen. & re iudi. c. ix. col. ibi. ego uero di-
 stinguo hæc ad litteram. Ecce om̄ia hæc sunt iudæorū argumē-
 f

doctores,
 minū asser
 nistorū de
 erroneas
 tem inqui
 dita nō su
 t errores,
 radicitus
 os venera
 nrentiam
 Speculū
 errorib⁹
 ta dei in
 le, ip̄m q̄
 nciam seu
 inū vsui
 ollendū,
 iam mini
 lter in
 corrigen

biHoch

simul eti
 e fauore
 uos Mo
 uibus fa
 bare co
 os Chri
 ritatem
 o iiii, his
 scum. i.
 neo di-
 autē vt
 rē. Hęc
 gari. §.
 uorē iut
 quæstio
 r Iaco
 la. Ve

DIFFAMATIONES

ta in eorū persona prolata cum hac clausula, q̄ posset aliquis, scilicet Iudæorū se uelle sic excusare. Et nō dī sic posse se excusare. Sed posse uelle. Aliud est autem uelle, aliud perficere, ad Roma. vii. Oculare igitur speculū seipsum declarauit, q̄ non nitat̄ astruere illud, de quo F. Iacobus ipsum diffamauit. Hæc autē materia de verbalī iniuria. sicut mentiris & q̄n uerba iniuriosa etiam arguit animū iniuriandi vel nō, certe hæc nō est materia fidei, sed meri iuris atq; morū. Et sic non pertinet, nec pertinuit ad inquisitorem hæreticæ prauitatis.

3 ¶ Item q̄ idē F. Iacobus diffamauit prædictū Oculare speculum de sacris ecclesiasticis doctoribus & scriptorib⁹, uiliter nimis indigne & cōtempribiliter loqui, ip̄sq; hebræorū & Iudæorū magistros & Rabbi añponere. Quod ita uult pbare, quia dicat, q̄ p̄ intelligētia textus bibliæ doctores nostri multum & sæpe Iudæorū cōmentariis & glossis cogūtur uti, ubi tacuit, q̄ in declaratiōe uulgari seu teutonica legit. §. xxii. Nā ibi tota mens illius dicti aperit sine alicuius hominis cōtempitū. Et in hoc iste liber Oculare speculū imitatur sanctū Hieronymū, qui hoc idem in pluribus suorū cōmētariorū & epistolārū libris affirmat. Legat̄ in p̄logo sup̄ psal. vii. Legat̄ ad Fabiolam de quadraginta duabus mātionibus, mansiō. ix. Et ne rædio P. V. afficiant̄, posset ex eodē Hieronymo integrū uolumen colligi, errorū, quos latini per ignorantia linguarū hebraicæ atq; græcæ, circa bibliam sibi cōtraxerūt. Similiter ex Nicolao de Lyra & Paulo Burgensi ac aliis, hoc nō est cōtemnere ignorātes, sed incitare scire desyderātes. Et finaliter hæc materia nō pertinet ad inquisitorem, quia nō est materia fidei, sed grammaticorū. Et sup̄ hac tota diffamatiō. fratris Iacobi in Actis inserta, refert se principalis suus ad declaratio nem uulgarem in. §. xxii. & §. xxiii.

4 ¶ Item idem F. Iacob⁹ diffamauit Oculare speculū, q̄ scripra doctorū in ecclesiæ & Christi fidelium scandalū nihil faciat & contemnat, eo q̄ dicit. Nihil me impedit, quicquid supra memorati nostræ fidei scriptores cōtra Thalmud scripserunt. Vbi tacet ueritatem, q̄ idem Oculare speculū de eodem in argumento. xviii. sic dicit. Illa fuit mēs mea, q̄ nō sit credendū doctorib⁹ dicētib⁹ Thalmud cōinere malū uel hereses, quin prius sup̄ eo sint audiēdi Iudæi, ita q̄ statim omnis liber dictus Thalmud in pre& in toto sit ex eo auferendus & cōburnendus, qn̄ si Iudæi dicerēt nō continere talē partem heresim uel blasphemias audiēdi sint, & hoc examinandū. Cū multæ

FRATRIS IACOBI HOCHSTRATI

sint partes eius, quarū quęlibet posset dici sic Thalmud, & tū non cōtineant talia, at tamen ubi nunc constaret, facta examinatio. auditis Iudæis uel non, q̄ illa pars esset talis, quę contineret hæreses, uel blasphemias, tūc certe posset illa pars auferri Iudæis & cōburi. Sic tamen q̄ pbabiliter uidet̄ mihi, q̄ essent aliqua apud ordinariū reseruāda p̄ exemplari, & cetera quę sequunt̄. Hęc ad istam cōtinent̄ in Oculari speculo folio lignato, xxv. & legat̄ usq̄ ad finē eiusdē solutiōis argumēti, xviii. Hoc abscidit & abstulit F. Iacobus de Oculari speculo. Quod aut̄ nō possit hoc tendere in scandalū & offensionē simplicit̄ & laicorū. Legatur declaratio uulgaris in reutónico. §. xii. ad quam idem doctor principalis suus se refert.

¶ Item q̄ F. Iacobus diffamauit Oculare speculū, q̄ sit p̄ aurium offensiuū plurimū, & in scandalū tendat non modicū Christifidelīū, præsertim laicorū & simplicit̄, eo q̄ folio. ix. pa. ii. nitatur oñdere. Si quę mala in Thalmud cōtinentur, ea nō ex ipso libro, sed ex sola legentiū puerſa interpretatione accidere. Vbi tacuit ueritatē illam. f. q̄ ad tollendum omne scandalū a simplicibus laicis, scribitur in declaratione uulgari. §. xii. q̄ hoc nō sit dictū de Thalmud, ubi cōtineret hæreses & blasphemias. Et si legatur ille. §. xvi. in reutónico usq̄ ad finē, nullū potest ex prædictis uerbis oriri scādālū clerico, siue laico. Et ualde notandū est, q̄ præfatus frater Iacobus false recitat uerba sequentiā speculi Ocularis. Nam ibi dicitur, q̄ cōtinentur multa bona in eo. Vnde si scandalizen̄ aliqui, sit culpa eorū, hic uero recitat si qua mala cōtineantur. Similiter puerſe recitat de uerbis biblię, quę non comparantur ad Thalmud, sed potius, scientiæ veterū & Thalmud ad se inuicem cōparantur, ut patet intuenti. Vbi & tacuit ueritatem frat̄ Iacobus, illam uidelicet, q̄ Oculare Speculū dicit in argumento. xxxiii. Sic dico, quod uolo & uolui, q̄ sicut alii libri quo ad ea quę bona sunt, nō sunt cōburendi, sic nec Thalmud licet quo ad mala, maxime si separari possint, illa nō sunt passim permittenda. Hęc ibi.

Itē præmissa præstationē de nō iniuriādo, idē F. Iacobus expresso mēdacio & tacita ueritate, diffamauit Oculare speculū q̄d Iudæos a cōtumelia in dñm Iesum saluatorē nostrū excusando dixerit fo. xv. pa. ii. q̄ quæcūq̄ Iudæi scribūt p̄nitentiā ad hoc, q̄ Iesus nō sit de⁹ & qcqd ex hoc sequit̄, illud eorū eē fidē, p̄ hoc nulli cōtumeliā inferre uelle, ac catholicā ecclesiam circiter annos mille quadringētos passam esse, neq̄ unq̄ id p̄

LIBELLVS ACCVSATORIVS

contumelia acceptasse, affirmare nitens illā iniuriā dissimula-
tionē, tot curricula temporū remissam, & p̄pterea iure eā illis
licere repetere &c. ubi oia uerba huius loci etiam falsando, si-
mulat esse assertiua, affirmatiua & decisiua Ocularis spe. cū
sint uerba in Iudæorū p̄sona recitatiue plata, tanq̄ argumē-
ta Iudæorū contra conclusionem libelli mota. Nam libellus
Ocularis speculi tenet apertis uerbis, q̄ Iudæi credēdo cōtra
Christum, faciūt aliquo modo iniuriā Christo & ecclesie. Ait
enim fo. xv. his uerbis sic. In aliis libris, q̄s haectenus uidi & le-
gi, inuenio nullam iniuriam siue contumeliam. Per quod fidē
attinet. Sed frater Iacobus tacuit ueritatē illam. s. q̄ idē Ocu-
lare speculum lucide aperte & clare de hac materia loquitur
quō sit interpretanda & intelligenda, fo. signato. xxxi. in ar-
gumēto. xlviii. & xlix. l. & li. Et ne aliquod ex eo etiā Laicis
& simplicibus possit scādālū oriri. Legat̄ in declaratione uul-
garis siue teutonice. §. xxx. & xxxi. Et potissimū legat̄ in de-
fensione docto. Ioannis Reuchlin principalis sui cōtra Calum-
niatores suos, superius exhibita folio. xxxviii. ubi aperitissimē
me inuenitur huiusmodi diffamationis calumnia.

8 ¶ Item idē frater Iacobus diffamauit Oculare specu. dicens
fo. xvii. q̄ leui argumento astruere nitat̄ perfid̄is Iudæis infa-
mem suam Thalmud & in Christum contumeliosum, etiā si a
conuersione eos ad rectam fidē impediāt, minime auferēdū,
quasi imperatoria maiestas, aut ecclesie principes nō possint,
neq̄ debeāt impedimenta salutis ecclesie offensiuā Iudæis tol-
lere aut prohibere. Vbi false recitat uerba Ocularis Speculi
in eodem folio. xviii. posita. Et iccirco tacet ueritatē illam, q̄
idem Oculare Speculum de hac re sic scribit in argumento.
lii. In omnibus dictis meis de permittendo, ut patuit supra, in-
telligi debent hæretica & blasphemica semper excipiēda, de
quibus vniuersalit̄ me primo absoluti. Et ne aliq̄s simplex lai-
cus scādālizari possit. Legat̄ declaratio teutonice siue uulgar-
ris. §. xxxvi. & inueniet̄ hæc diffamatio esse calumniōsa.

9 ¶ Item idem frater Iacobus infamauit Oculare Speculum,
q̄ sentiat sanctā Dei ecclesiam, & eius p̄latos & principes
de Iudæorū factis cū dñō suo stent & cadant & quēlibet p̄se
ip̄so rationem reddere oporteat, introumittere se non debere
subiungēdo, deū satis potentē esse, si uelit eos, posse erigere.
Vbi tacuit ueritatē illā, q̄ declaratio uulgaris eiusdē Ocularis
Spe. §. xxxvii. dicit. Hoc esse interpretandū, q̄n Iudæus peccat
in his, q̄ p̄tinent ad ritus suos synagogicos & ceremonias, in

FRATRIS IACOBI HOCHSTRATI

quibus tolerantur, quia hæc sunt committenda Deo, sed in criminibus & casibus pœnalibus, Ecclesia habet ius canonicum & civile procedendi contra eos. Hæc ibi. Qua declaratiõ. nõ omiffa omne scandalum tollitur.

¶ Item idem F. Iacobus diffamauit Oculare speculum, q̄ plurimos sacre scripturæ ecclesiæ ac iurium textus & dicta impertinenter applicare & corrupte allegare præsumat. Et conatur hoc probare de auctoritate Apostoli, Oportet hereses esse &c. Vbi tacet ueritatē illā. Quod idem Oculare speculū, hanc materiā lucidissime, ac sine offensiõe tractat, in argumento. vii. & eius solutiõ. Ex q̄ ipsius Ocularis speculi loco deprehendit diffamatoris apertum mēdacium, Similr de auctoritate. ca. sancta Romana. xv. dist. tacuit ueritatē, quam Oculare speculū tractat in argumento. xxxvi. Et p̄ omni scandalo tollendo legat declaratio uulgaris & ipsius Ocu. speculi. §. xix.

¶ Item idem F. Iacobus diffamauit Oculare speculum, dicens id in pluribus suis locis & partibus hæresim sapere, & a sinceritate fidei aberrare, uolens illud probare per auctoritatē. Scrutamini scripturas &c. per quam Oculare speculū, ut ipse ait, conat affirmare scripturas magistrorū in Thalmud cōprehensas, pprie esse designatas, & illas æque, ut bibliam testimonium perhibere de Christo, asserens hanc ueritatem esse, propterea a nobis non cremendam, ubi nõ solū peruertit uerba & sententias, sed etiam racuit ueritatē illam, q̄ idem Oculare speculum fo. signato. xxvi. in argumento. xxiii. de hac auctoritate, Scrutamini scripturas, sic dicit. Ratio illa uidet probare & cōcludere de Thalmud, q̄ non sit comburendus, quo ad illam partē quæ non continet hæreses & blasphemias. Et quia eam Burgensis accepit pro fundamēto sui scrutiniū. Ideo uidetur q̄ saltē sit probabilis, & licet alii doctores exponant de libris bibliæ, tamen potest etiam sic exponi, quia non uidetur q̄ plus eorū expositio sit fundata in scriptura, q̄ ista. Hæc ibi ad lram. Vnde patenter apparet delatoris falsitas, & intellectus Ocularis speculi ueritas.

¶ Item præmissa protestatione solita, idem frater Iacobus calūniöse & apertis mendacijs diffamauit Oculare speculū, dicens, ipsam assumptam Christi pro nobis humanitatē & incarnationis mysterium, nefaria assimilatione habitui meretricio indecenti cōparare. Et p̄pterea iudæos rationabiliter esse excusatos affirmare, cum cæteris quæ in eadem diffamatione calumniõsa sequunt, Actis inserta & libello suo accusatorio

DIFFAMATIONES

comprehensa, ubi ad celandū, vt præsumit, ueritatem dolose tacuit & suppressit illa uerba, quæ idem Oculare speculū de hac materia dicit, folio signato. xxxi. in argumento xlix. & maxime ad propositū in argumento. l. & eius solutiō. ubi in Oculari specu. sic scribit. Ad hoc dico, ut supra dixi, de ignorantia, quod nō teneo nec tenui eos habuisse ignorantia, pbabilem, nec uolui qd nō facerent in hoc contumeliam & iniuriam Christo, matri & apostolis. Et cum remisi ad loca, ubi notatur qd aliquis excusatur a contumelia dignitatis &c. propter habitū aliud significantē, non uolui quo ad hoc idē esse hic neq; quantū ad hoc illuc remisi, sed quantum ad illud, qd aliqui ibi notant, quod ubi est ignorantia crassa & supina circa cognitionē eius, qui defert habitū alienum, tunc nō obstantē alicuius habitus quis non excusatur a contumelia, quam illi infert & ita est in proposito, quia Iudæorū ignorantia est crassa & supina circa Deitatem Christi, ut satis clare patet per Gratianum. i. q. iiii. §. norandum. Et ita ego firmiter teneo, vt supra, prestatus sum, & nunc iterū protestor, quod eorū ignorantia tanq̄ crassa & affectata, eos non excuset. Ideo hoc potius uolui remittendo, scilicet quod committunt contumeliam, q̄ contrarium. Hæc sunt uerba Ocularis speculi, per quæ diffamatio delatoris deprehenditur esse falsa. Et ne aliquod simplicibus inde oriatur scandalum, legatur teutonice uulgaris declaratio. §. xxxi. & apparebit omnis offensio, quæ posset etiam leuiter imminere, sublata.

- 13 ¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculū, quod contra sacram scripturam sancti Pauli conetur astruere eundē sanctum Paulum maximū apostolorū in doctrina, cæteris eminentiorem esse factum, ex eo, qd literas hebraicas didicerit, & cū Rabbi seu hebræorū magistris scholas frequēta uerit, ubi ueritatē tacuit, quod declaratio uulgaris illius mentem explicat, scilicet hoc intelligendum esse, non de conuersione sancti Pauli, quæ fuit miraculosa, sed de uariis artibus & scientiis, quas apud Iudæos didicit ex communi influenza diuina & doctoribus nature, ut scribitur. §. xxxv. Ex quo et iā falsitas delatoris quo ad sequentia sua opprobria reperitur.
- 14 ¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculū, de quadam intolerabili & damnabili cōparatione ad ablationem uel suppressionē Iudaicorū librorū facta, dicens ipsum assertiue inferre, hodie Iudaicam crescere debere pfidiam, si nefandi eorū libri auferentur, quæ admodū sub tyrannis olim

FRATRIS IACOBI HOCHSTRATI

creuisse Dei conspici ecclesia, ubi uerba peruertit, quæ non ueritatis, sed exëpli gratia sunt posita. Et peruertit etiam mentem, quæ aperte patet ex Ocularis speculi teutonica uel uulgaris declaratione. §. xxxix. ubi scribitur sic. Nō uolui per hoc ut talis deuastatio & combustio librorū omnino & p̄ omnia similis haberi debeat, neq; in se neq; in operatione, illi misera bili persecutioni & perturbationi ecclesiæ Christianæ ab antiquo tyrannis factæ, & infra per longum tractum, quæ omnia legantur diligenter, & clare uidebitur delatoris calumnia.

¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare spe. de cōparatione arboris scientiæ boni & mali in paradiso ad Thalmud toxicum & mortifero ueneno plenum, ubi mentē Ocularis spe. scienter peruertit. Scit enim aperte scriptum esse in eius libri declaratione uulgaris. Quō hæc comparatio intelligenda sit, & quod omnis similitudo claudicat, & quod non sit hic omnimoda similitudo, & quod non debeat intelligi de Thalmud, ubi continet hæreses uel blasphemias. Super quo legat in Ocularis spe. declaratione uulgaris. §. xv.

¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare spe. de eo quod per. li. §. deniq; Marcellus. ff. de aqua plu. ar. fo. xv. cōtentā, 16
asserat licuisse & licere iudicōs p̄ sua offensiōe nefandos Christianos, nobis ingratos condere libros. Vbi tacuit ueritatem, quia uoluit pertere allegationis mentē & intellectū. Sciuit enim in Ocularis spe. declaratione clarissime scriptū esse. §. xxviii. qd nō intelligit de nefandis libris, sed de sandis, q̄ neq; hæresim, neq; blasphemias cōtinent. Et iste est locus optime decisus in defensionē, cōtra calūniatores superius exhibita fo. xxx. fa. ii. ibi. hoc tacere nō possum & ibi uidebit. Insup dicit p̄curator q̄ supra nomine, qd neq; ep̄is, neq; inquisitoribus cōperat inquisitio, nisi in manifesta & dānata hæresi, quod tã iuristæ q̄ theologī tenent, ut h̄r in c. quoriens. xxiiii. q. i. c. ad abolendā. de here. & ibi doct. Et c. maiores. de bap. & eius effectū, ubi d̄r maiores ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei cōtingētes, ad Petri sedē referendas. Et huic soli sedē cōcessa, nullus vsurpare sine eius consultu p̄sumat, ubi d̄c. c. huic soli. xvii. dist.

¶ Sequitur Defensio.

ROGASTI ME MI STEPHANE, ut tibi, quid sentiam de libello tui Ioan. aperirem. Et quibusdam cauillis, quæ mihi nuper dedisti, responderem, non ob aliud (vt dicis) nisi vt rei veritatem noscas. Dicam tibi quid in hac re sentio, amice & familiariter.

¶ Primum, quod in hac re apparet, est, Conclusiones illius libelli principales Ioannis Reuchlin, sunt probabiles, videlicet de libris sacris, Thalmud, Cabala, glossis in Biblia, disputationibus, sermonibus, phisicis sententiis, fabulis poeticis & irrisionibus.

¶ Secundum, in earum improbationibus quædam imprudenter dicta sunt, & assertiones quædam falsæ, & malæ illationes. Et quædam arroganter & nimio affectu in Hebræorum libros prolata.

¶ Tertium, hæc tamen omnia veritatem fidei nostræ, nihil manifeste impediunt, aut perturbant. Et si quædam pauca hæretica & scandalosa forte appareant, in sensu tamen scribentis, in quo etiam de rigore sumi possunt, nec hæretica, nec scandalosa sunt.

¶ Corollarium.

¶ Libellus ille potest tolerari, rerum & veri conditione, animo & intentione scribentis perspecta.

¶ Primum dictum satis patet. Nam ecclesia non præcipit oppositum, ac permittit omnes illos libros & permittit. Nulla enim ecclesiæ constitutio est, qua prohibeant, quod nisi probabile esset, iam oppositum determinatum esset, aut nunc determinaret. Cuius contrarium apparet de libris Hebræorum, qui inter Christianos uiuunt. Ac quod aliqui Pontifices præceperint eos comburi, & alii permiserint, utriusque partis probabilitatem ostendit.

¶ Secundum dictum probat cauilla & obiectiones aduersariorum manifeste.

¶ Tertium dictum debemus nos probare, ex quo Corollarium sequitur, & patet sic. Si aliqua hæretica & scandalosa sint in isto libello, maxime erunt, quæ afferuntur in cauillis ab aduersario, sed illa non sunt talia, ergo non sunt aliqua hæretica, aut scandalosa, discursus notus, & omnia conceduntur, etiam ab aduersario, minore excepta, ipsa tamen patet ex solutione oppositorum.

¶ Ad primum ergo, uerum est quod ratio non demonstrat,

DEFENSIO

sed ratio probabilis est, Et est sensus scribentis, q̄ sicut stat cū fide, q̄ hæreses sint ex auctoritate Apostoli, ut probati manifesti fiant, ita cū fide stat, ut Thalmud sit ac p̄maneat, ut etiam qui probati sunt manifesti fiant.

Et quod opponens, dicere videt̄, quod non est simile, quia alterū non est in potestate ecclesiæ, puta hæreses esse aut hæreticos, alterū uero est, puta libros eorum esse, aut nō esse. Ideo primū stat cum fide, secundū non, quia propter tales libri ut errores sint extirpandi.

Ad hoc, & si magna sit differētia inter libros Hebræorū & hæreticorū, tñ ad propositū dico, q̄ simile non oportet, qđ in omnibus sit simile, quia tunc idē esset, & non simile. Sunt enim similia ad propositū scribentis, nam ex utrisq̄ probati manifesti fieri possunt. Et idem ex glossa allegata sumi posset, probabiliter utemur Hebræorū libris, non ut eorū approbemus errores, sed vt catholicam doctrinam aduersus eorū insidias affirmantes, uigilantiores, ac cautiores simus, & ob alias causas quas auctor in suo libello norauit.

Quod adducitur de sancto Tho. & aliis, uera sunt, sed non ad propositū. Primo, quia aliud est loqui de libris hæreticorū, & hæreticis, aliud de libris Hebræorū & hebræis. Ecclesia p̄mittit Hebræos, non autem hæreticos. Tunc secundo, quia consequens a simili infert, ubi p̄babiliter uidetur sequi, qđ etiā nisi aduersarius proteruiat, qđ non sequatur, nō curabimus, nec propter hoc in istis aliquid est fidei nostræ repugnans, sed solum argumentū a simili, qđ si non est simile, & ut simile inferat, quam hæresim hic inuenis̄.

Quod ibi additur de Gregorio. IX. & Innocentio, qui præceperunt libros Thalmudicos comburi, ille hō rñdit, quod mandauerint de parte illa perniciosa, & quod ipse de illa hoc etiā asserit. Ad hoc ego rñdeo, q̄ cōclusio est p̄babilis, & sita opposita. Secundo, stat q̄ nō bene præceperint, pōt em̄ Papa errare, & in fide & in moribus, & non solum Papa, sed maior pars Cleri. Tertio, qm̄ præcepta diuersa, in diuersis temporibus, sunt conuenientia, scđm̄ occurrentias. Oportet Pontifices diuersa præcepta ordinare, & q̄ ita sit, patet, quia successores illud non præceperunt, & præceptū ab aliis seruari nō curauerūt, immo oppositū p̄miserunt, ut patet apud hos Hebræos, qui etiam apud nos sunt, qđ addit de. xix. dist. nulli patet q̄ non est ad propositum.

Ad additum in eodem articulo, iam ex dictis est solutum,

DEFENSIO

ratione dissimilitudinis librorū hebræorū & hæreticorū, & præcipue ex sensu scribentis, quem supra posuī.

¶ Ad secundum Cauillum principale. Scrutamini scripturas &c. Ingenue fateor, q̄ dominus nō loquitur de illis, sed de libris Moī, ut patet ibi in fine capituli, sed non probat q̄ illa expositio sit hæretica. Scriptura sacra diuersimode exponitur, & in quibusdā cōtrario modo, & hæc expositio nō est noua, fuit enim expositio Burgensis, in præmio Scrutini scripturarum. Ideo prius ille esset ut hæreticus taxandus, q̄ iste, sed non ille &c.

¶ Ad secundū additum, quod idē est cū tertio Cauillo scripturæ, ex quibus Thalmud collectus atq; cōflatus &c. phibuit etiam testimoniū de me, æque ut biblia, & illa est ueritas. Istud dictum posset esse hæreticū, si intelligeret, æque ut Biblia, auctoritatiue, ita quod tantæ auctoritatis sit ratio sumpta, ex illis scripturis, quāntæ est ratio sumpta ex biblia. Et hinc dicitur quod tantæ auctoritatis sunt illæ scripturæ, quāntæ biblia, sed hoc nō sic intellexit auctor, quia neq; hebræi hoc faterentur, quia etiā apud eos biblia est maioris uero auctoritatis, q̄ Thalmud, sed uoluit dicere, q̄ ex illis scripturis, ita clare, imo magis, multa habentur de Christo, sicut in biblia. Et q̄ in biblia possent fugere ad alios sensus, & in Thalmud nō, quia apertius loquitur ex ipso, & contra eos argumentatio est efficacissima, quia acquiescunt expositioni & dictis Thalmud.

Quod additur, quod non faciunt fidē Christianis, uerū est, ut ille, tñ si idem dicat, quod biblia Christianis fidem faciunt, prout est snia, & sensus bibliæ, q̄ ad dicit, q̄ nec Iudæis fidem faciunt de Iesu, uerū quod obstinatis illa uerba nō fecerunt fidem de Iesu, sed multis aliis sic, qui ex illis uerbis suorū librorū cōuersi sunt ad fidem & crediderunt, obstinati uero & pertinaces cū maiori difficultate possunt glossare & euadere ab illis q̄ a biblia, quia apertius loquuntur.

¶ Ad tertium additum, & est Cauillum quartū negat assumptū, uidelicet quod asserat, quod Christus sibi cōtradicat. Nā ille præcepit diligēter scrutari scripturas Thalmudicas, i. legem secundā, quā hebræi dicunt ex ore Moī & seniorū accepit, & hæc nō erat discrepans a lege prima, & hanc nō detestatus est Christus, sed doctrinas hominum & mandata hominum, & istæ sunt expositiones falsæ, & intellectus falsi, quos ipsi accipiunt ex sacris literis, qui illarum sensus ac intellectus non sunt. Et auctor de his non loquitur, sed de Thalmud, qui pri-

DEFENSIO

scorum est doctrina, quod addit de duobus pontificibus præcipientibus &c. hoc iam supra solutum est, & addit quod dicitur, quod pontifices contrauenerunt mandato Christi, quod est blasphemium, istud est dignum risu, & utinam nunquam contrauenerent.

¶ Ad quintum additum, & est idem cum Cauillo quinto, quod inferit non sequitur propter multa, primū, quia cum auctor dixerit quod Christus præcepit ex Thalmud disputare, non asserit Christū dixisse explicite, sed implicite & quodam modo illatiue. Nam si Christum debemus confiteri non tantum ex his scripturis, quas nos recipimus, sed generaliter ex quacumque scriptura autentica, ex qua alicui testimonium sui propositi adducimus, hoc persuadere possumus, & tunc quis non est transgressor præcepti si omnia non adducat, satis est adducere que sibi maxime proposito deseruire uideantur. Secundū, quid scit iste BONVS FRATER, si Paulus adduxerit scripturas Thalmudicas, dum ore tenus cum hebreis disputabat, dicet fortasse respondendo, non scripsit, cōcedat. Nōne credimus quod multotiens aliter cum hebreis disputauit. Et ut ad declarandum scripturas fortasse reducebat glossas Thalmudicas, quas scribendo non oportebat adducere, sed textus adducendus erat sine glossis. Tertium, quia in scriptis illis est etiam sententia Thalmud, sed posita est ut supra unde auctoritatem sumit, puta ex sacro Canone ad additū, quod Christus remisisset nos ad pugnas uerborum, negatur sequela, quia eodem modo diceremus, etiam si ad scripturam sacram nos remitteret ad pugnas uerborum & disputationes remitteret, patet, quia eodem modo contendamus cum hebreis ex sacra scriptura, quia ipsi uno modo intelligunt in multis locis, ac nos alio modo & de hoc nulli dubium, sed Christus remisit nos ad ueritatem ubique & sub quibuscumque uerbis scripta sit.

¶ Ad sextum, quod ibi additur per multa uerba quod expositio aliorum non sit magis fundata in scripturis, quam expositio sua. Primo, hoc solui posset per hoc uerbum uideretur, quod non importat certitudinem, sed opinionem & apparentiam. Secundum, cōcesso quod istud sit falsum, non tamen propter hoc est hic aliquid hæreticum doctoribus, etiam sanctis & eorum expositio non tenemur credere, nisi ex sacro Canone nobis eas probauit, iuxta sententiā Augustini, alios autem ita lego ut quantalibet sanctitate, quanta uel doctrina prepolleat, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt &c.

DEFENSIO

¶ Ad sextum Cauillū, q. xx. Deut. hī. Et non succides arbores de quibus &c. quasi adhuc denotat legē Mosi obligare, proba t bñ aduersarius, q̄ asserere legē Mosi nos obligare, est hæreticū, sed hoc nō dicit auctor, nec hoc sequitur ex dictis suis, neq̄ necessaria consequentia, nec apparenti. Et si multiplex possit esse sensus auctoris, nō hæreticus, nec repugnans fidei, tñ intelligat sic, sicut tunc arbores illas nō debebant Hebræi succidere, quia ex eis utilitatem consequi poterant, ita a simili, in pposito de Thalmud, quia utilitatem aliquam ex eo consequi poterimus, nō debemus eum comburere.

Quod addit, q̄ est nefanda cōparatio librorū Thalmud ad arbore scientiæ, quid inde uideat tñ aduersarius q̄ auctor libelli præmittit, q̄ ubi talia, puta blasphemie & hæreses continent, q̄ in parte illa sit comburendus, & tñ pbario sua nulla est, uidelicet quia cuncta erant bona. Nam & illo modo etiam diabolus erat bonus, & illo modo Thalmud est bonum. Nā & liber ille a Deo est, & qcqd positū in ipso est, nec ipse illo modo malus est, sed qui eo abutunt, illi damnadi sunt. Nō em̄, liber aliquis ita malus, quin eo utendo in bonū finē ordinare possimus, præcipue de tali libro, & ad aliud q̄ addit, nō est simile, ut auctor etiam dicit.

¶ Ad septimum Cauillum, esto q̄ parabola zizaniorū intelligat de prauis hoibus, ut dicit aduersarius. Arguit tñ auctor ex dicto Chrī a fili, si zizania debet dimitti usq̄ ad cōfirmationem seculi, i. prauī homines, uideat a fili, q̄ etiam prauī & mali libri, i. in quibus etiam mala cōtinentur, bonis permixta, dimittendi sunt, an argumentū cōcludat, an nō, nō disputamus, satis nobis est, q̄ ratio est probabilis. Quia illum Theologum DIABOLOGVM nominauit, satis conuenienter nominauit. Idem em̄ est Diabologus q̄ sermonis calumniator, q̄ in calce addit, negatur assumptum, neq̄ vnq̄ auctor illud dixit, nec illatiue sequit̄ ex dictis eius. Et si dictum fuisset, posset etiam bonum habere intellectum, etiam sine hæresi.

¶ Octauum cauillum, eodem modo soluitur, nec in eo est aliquid hæresis, ut patet clare.

¶ Ad nonum, certum est, q̄ Iudæi non ita subsunt Rom̄. Pontifici, sicut Christiani, quia Iudæus non uenit puniendus, si quæ nostræ legis sunt, nō seruat. Christianus uero sic, & ita est in multis aliis, & ita ad propositū, de libris eorum, maxime in quibus lex & declaratio eius cōtinetur, & nihil mali. Nam auctor de hmōi Thalmud loquitur.

DEFENSIO

¶ Ad decimum, non præ tendit illud quod aduersarius, nec sequitur illud quod ei imponit, ut patet, nec quod aduersarius probat quod sequatur.

Quod secundo additur, si totum concedatur, quid erit? quod fuit aduocatus Iudæorum, allegando iura pro eis ergo hæreticus talis liber, non sequitur.

¶ Ad duodecimum Cauillum, ad primum punctum respondet, quod libri de quibus dixit, quod perhibent testimonium de Christo, sunt libri quos approbauimus in tertio articulo, isti alii sunt, quod Christus detestatus est, & ideo hoc soluitur ex solutione, quam posuimus in Cauillo tertio, ad punctum secundum, concedo quod hæreticum esset excusare Hebræos a peccato, & dicere eos probabile ignorantiam habuisse de Christo & de Deitate &c. Sed negamus quod hoc dicat auctor in suo libello, quod aduersarius dixit per hoc, quod ait, utrum illud sit iniuria, hoc tradit illis mentiendum, qui in iure civili super. l. apud. §. Si quis uirgines. ff. de iniuriis, & in iure Canonico super. c. in audientia. extra de sen. ex. scribere, patet quod in his uerbis non excusat, nec asserit Iudæorum ignorantiam probabile, sed dimittit illis considerandum, qui scribere &c. Nam ibi notat, quod aliquis excusatur a contumelia dignitatis &c. propter habitum aliud significantem, aliquis uero non excusatur a contumelia, quam illi infert, eo quod ignorantia est crassa & supina, circa cognitionem eius, qui defert habitum alienum, & tunc stante alietate habitus, non excusatur. Videant modo illi, cui similis sit illa contumelia, quam Hebræi Christo intulerunt, & inuenient, quod est similis secundum, & non primam, fuit enim eorum ignorantia crassa & supina, & ideo inexcusabiles sunt. Verum est, quod ipsi ruinam & scandalum sumpserunt ex eo, quod in forma serui apparuerit, non ergo asseruit auctor, quod ei imponitur, sed dimisit considerandum, an sit simile an dissimile, ut exposuimus.

Verum quod aduersarius in fine addit, quod auctor reuocauit hoc dictum in suis rationibus, hoc non est uerum, sed declarauit, ad quid remisit considerates ad illa loca, expressit enim sententiam quæ implicita erat, & illam literam quæ poterat male intelligi (ut supra intellexit), bene declarauit, in quod sensu ipse acceperat, & illud non reuocauit, sed exposuit quid intendebat, quod uerum etiam esse fatetur aduersarius.

¶ Cauillum. xiiii. nihil mali habet, & quod exponitur, non indiget responsione, nec pro hæresi, nec pro scandalo.

¶ Ad. xiiii. Cauillum, fatemur, quod uerum est, quod Paulus scias Iu
g iiii

succides ar
si obliga
os obliga
uitur ex di
i. Et si mul
epugnans
debant He
erant, ita a
uam ex eo

Thalmut
s quod auctor
ereses con
io sua nul
modo eti
st bonum.
st, nec ipse
li sunt. No
i sine ordi
p addit, no

zaniorum in
uit tñ au
ad costu
lam prau
is permi
, no dispu
um Theo
uenienter
alumnia
auctor il
m fuisset,
æresi.
c in eo est

nt Rom.
niëdus, si
& ita est
axime in
Nam au

DEFENSIO

doctrinā didicit apud Rabbinos, & eorū scholas frequētauit, & ex eo factus est plus, q̄ omnes ap̄li, puta rōne sciē acquisite, fuit em̄ Paulus & in lege & in aliis scientiis acquisitis doctior aliis ap̄lis, sed non solū ex hoc, sed etiam rōne scientiē infusē, quam non humana doctrina habuit, sed Dei dono, & per hoc patet solutio, non em̄ ascribit donū excellentissimū. Ap̄li diuinitus collatū scientiis Rabbinoꝝ, sed Dei voluntati, scia uero acquisita, ascribit studio doctrinē & praeceptoribus &c.

Quod adducit fuisse nutritū sub pedibus Gamalielis, hoc est contra aduersarium. Gamaliel Rabbinus fuit, & Paulum docuit legem paternam & scripturas Hebraeorū.

Quod addit q̄ haereticū & blasphemum est &c. hoc uerū esset, si asserat q̄ illam excellentiā doctrinē solū habuisset ex studio humano, & rōne sciē acquisite, sed hoc non asseritur, sed q̄ rōne sciē acquisite, factus est plus, q̄ omnes ap̄li in hmōi scia acquisita, quā nōn similit̄ alii habuerūt, & cū hoc fatemur totū id quod aduersarius dicit de scientia infusa, quam diuinitus habuit, & q̄ fuit raptus vsq; ad tertium caelum &c.

Ad obiectionē, bene probat auctor, q̄ illa scia acquisita in Paulo non fuit, rōne huius, q̄ deus ip̄m ad hoc specialiter traxerit, sed hoc fuit rōne specialis studii laborū & doctrinē acquisite ac praeceptorū, cum hoc tamē fatemur, q̄ Paulus specialiter uocat⁹ est & electus sine meritis, & specialit̄ tractus ac raptus usq; ad tertium caelū, & supernaturaliter edoctus, & hęc fuit scientia & doctrina infusa, de qua auctor non loquit̄. Ideo frater bonus in equiuoco laborat.

¶ In. xv. Cauillo, nihil imponit̄, quare libellus non possit tolerari, etiā si oīa quæ ab aduersario opponunt̄ uera essent.

¶ In. xvi. Cauillo ait, q̄ blasphematur in sacram scripturā, uelut impotentē & insufficientem &c. totū quod hic ponit̄ iste **BONVS FRATER**, procedit ex malo intellectu illorū uerborū auctoris. Dicit em̄ auctor libelli, q̄ q̄n libri Hebraeorū essent combusti, tunc penitus nihil esset nos tueri aduersus eos p̄ textū bibliē, quia etiā quare nos oporteret desistere. Sensus est, q̄ q̄n libri Hebraeorū eēnt cōbusti, opteret nos desistere, q̄ non possum⁹ phare Iudæis ueritatē aduētus Messiae, nec eorū p̄fidia ondere, quia fugerēt ad nouas expōnes quas excogitassent, sed nūc ex eorū libris, q̄s acceptāt, magis eorū p̄fidia ondere possum⁹, nō ergo dicit, q̄ opteret nos desistere a fide, & q̄ nō possemus tueri. i. q̄ nō possemus ueritatē defendere ex sacro canone, sed dicit, q̄ nos nō possem⁹ ip̄os impy

DEFENSIO

ignare, neque convincere, quia obstinate & pertinaciter fugerent ad non uas expones, modo libris suis manentibus, facilius ostendere possumus suam perfidiam, & ita nihil esset nos tueri aduersus eos pro pretextu biblicae, quoniam euaderet & fugerent rationes nostras, & ita non possemus eos convincere, & hoc non est blasphemare, sed ueritate dicere, quia nunc etiam libris eorum manentibus, pertinaces ut obstinati euadunt a manibus christianorum, & in hoc sensu nihil mali est, & iste fuit sensus auctoris, ut patet ex precedentibus & sequentibus in libello &c.

¶ In. xvii. Cauil. nihil haereticum, neque scandalosum est, comparatio illa & quasi similitudo, quae ad illud quod auctor intendit, bona est, certum est quod non intendit illud quod aduersarius ei imponit, patet ex uerbis eius dicentem. Nam populus inflammarentur mori pro sua religione, tanquam secundum suam opinionem sancti. Sicut ergo Christiani magis inflammabantur pati & ueritatem manu tenere ex persecutoribus tyrannorum, ita & hebraei faceret, obstinati etiam ratione iniuriarum acceptarum, licet apud christianos erat pro ueritate, & apud Iudaeos erat pro falsitate, secundum tamen eorum opinionem pro ueritate, illic erat assistentia diuina uere, hic uero non ipsi tamen crederent quod sic, ac sic parati essent se tueri, ut sancti efficerentur secundum eorum opinionem.

Et aduertat iste **BONVS FRATER**, quod nisi scripta sanctorum & doctorum caperent in sensu in quo fiunt, & secundum intentionem scribentis, ut Alex. papa precepit in sententiis magnorum uirorum, dicerem Athanasium haereticum, comparatione haeretica utentem. Nam sicut anima rationalis & caro, unus est homo. Ita deus & homo, unus est Christus. Et quae non tres aeterni, & quae non tres inmensi, & quae non tres increati, illa enim comparatio in sensu Athanasii est uera, de rigore tamen haeretica. Istae aliae propositiones in sensu & intentione scribentis uerae sunt, de rigore falsae. Sunt enim uere tres aeterni, & tres inmensi, ac tres increati, sicut tres creatae & tres infinite intelligentes, & tres infinite uolentes, imo Apostolum & ecclesiam haereticam dicerem, approbantem symbolum, in quo scribitur de Christo, quod descendit ad inferos, quod uerum non est de rigore sermonis, sed in sensu Apostoli ad ecclesiam maxime necessarium, & fidei articulus est.

¶ Dico ergo cum ueritate, quod nulli auctori imponenda est sententia falsa, uel multum absurda, nisi habeat expressum ex dictis eius, uel sequatur euidenter ex dictis eius, uel alicui constet de intentione sua. Cum ergo sententiae libelli possint ad uerum sensum trahi, & de intentione auctoris constet, huic non imponatur aliter, quam supra scripsi.

**Ex Borromago Imperiali vrbe. Caesare
Max. aemiliano Regnante.**

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or date.

E
M







503
Georgs-B.







EPISTOLAE

TRIVM ILLUSTRIVM VI

rorum, ad Hermannum Comitem

Nuenarium.

Eiusdem responsoria una ad Ioannem Reuchli num, & altera ad Lectorem.


ITEM, LIBELLVS ACCVSA

torius Fratris Iacobi de Hochstraten, contra

DIFFA

ITEM

an



atis diti
 ul^o apo
 aceruas:
 fferre in
 a. In fua
 multas
 n & tibi
 Nullus
 m fapiat
 i impru
 penates
 ate, silen
 ertamen
 fe coepe
 lti sum^o
 are cal
 uos des
 rtib^o, ve
 dideris.

